







Pro. 2. num. 23.

EXAMEN  
IVRIS GENTIVM VOLVNTARIH  
CIRCA

1754  
4  
7

**CVRIALIA**  
**IMPERANTIVM ATQVE**  
**RER VMPVBLICARVM**

AVCTOR. INL. I. CTOR. REG. FRID. ORDIN.

PRAESIDE  
VIRO AMPLISSIMO

**D. IOANNE PHILIPPO CARRACH**

IVR. PROFESS. PVBL. I. CTOR. ORDINIS ADSESS.  
REG. SOCIET. TEVTONICAE GOETTING.  
SODAL. HONORAR.

D. MARTII A. R. G. H. CIO IDCC LIV.  
PVBLICE RESPONDENDVM EXHIBET

**CHRISTIANVS FRIDERICVS DE BVSSÉ**

EQVES SILESIVS.

*Quoique tant de Nations immombrables, qui couvrent la terre, aient cha-  
cune leur Génie différent, il semble cependant, que certains grands traits,  
qui les distinguent des autres, sont inaltérables.*

MEMOIRE DE BRANDEBOURG

HALLAE SALICAE.  
PRELO CVRTIANO.



P. 464.

ERAMENIANCE  
IVRIS GENTIVM VOLVITARI

CARLAE  
IMPERANTIVM ATQVE  
REVM PVBLCARVM

AVCTOR INL. TOR. REG. PRID. ORDIN.

PLAESSIDE  
D. JOHANNES PHILIPPO GARRACH

IVR. PLORESS. PELL. TOR. ORDINIS ADSESS.  
REG. SOCIET. PAVTONICAE GORTLINC.  
SODAL. HONORARI. UTRIQVE ET DE

CHRISTIANVS FRIDERICVS DE BYSSE

PLAESSIDE  
SODAL. HONORARI. UTRIQVE ET DE

PLAESSIDE  
SODAL. HONORARI. UTRIQVE ET DE



A SON EXCELLENCE  
MONSEIGNEUR  
IOACHIM EWALD  
DE  
MASSOW

MINISTRE PRIVÉ D'ETAT ET DE GUERRE  
DU ROI,

MINISTRE DIRIGENT EN SILESIE, CHEF PRESIDENT  
DES CHAMBRES ROIALES DE GUERRE ET DES  
DOMAINES DE BRESLAU ET DE GLOGAU, DROSSARD  
DE RUGENWALDE, CHEVALIER DE L'ORDRE DE S.  
JEAN ET COMMANDEUR DESIGNÉ DE SVPLINBOURG,  
CHANOINE DU CHAPITRE DE LA CATHEDRALE DE  
CAMIN, SEIGNEUR DE RUMMELSBURG, DE  
BARTIN, DE WOBLANSE, DE ZEZENOU  
ET DE DARGERESE.

A SON EXCELLENCE  
MONSIEUR  
IOACHIM EWALD  
DE  
MASSOW  
MINISTRE PRIVÉ D'ÉTAT ET DE GUERRE  
DU ROI

MINISTRE PRÉSIDENT EN SUISSE, CHEF PRÉSIDENT  
DES CHAMBRES ROYALES DE GUERRE ET DES  
DOMAINES DE BRÉSIL ET DE GLOUG, PROSARD  
DE RUENWALDE, CHEVALIER DE L'ORDRE DE S.  
FRANÇOIS COMMANDEUR D'ORDRE DE SUPPLIÉBOURG,  
CHANOINE DU CHAPITRE DE LA CATHÉDRALE DE  
CANTON SEIGNEUR DE RUMMELSBURG, DE  
BARTIN DE WOLANSK DE ZERNOW  
ET DE DARGESSE.



*MONSEIGNEUR,*

*VOUS ne trouverés pas mauvais de voir VOTRE ILLUSTRE NOM à la tete d'un ouvrage, dont il est le seul ornement. Sensible à la grace, qui abonde en VOTRE EXCELLENCE, & à SA douceur, qui fait le bonheur de ma Patrie, j'ose profiter de cette occasion de VOUS protester mon zèle & mon dévouement. J'ai peur de faire rouler la présen-*

*a 3*

*te*

te sur les éloges, qui VOUS sont dus; le choix du Souverain le plus éclairé, le jugement de l'Etat & l'aplaudissement du Public l'emportent infiniment pour les visions de rhétorique d'un écolier peu habile, en fait de pénétration, de justesse & d'importance. Tout ce qui me reste, c'est de VOUS déclarer que j'ambitionne la plus précieuse faveur de VOTRE EXCELLENCE, & que je suis avec une soumission à toute épreuve,

MONSEIGNEUR,  
DE VOTRE EXCELLENCE

à Halle  
ce 18. Mars  
1754.

le très-humble & très-obéissant  
serviteur

CHRETIEN FREDERIC DE BUSSE.

VIRO PERILLVSTRI GENEROSISSIMOQVE  
DOMINO  
CHRISTIANO DE BVSSÉ

SACRAE REGIAE MAIESTATI A CONSILIIIS  
SANCTIORIBVS ET PRIMARIIS CAMERAE GLOGAVIENSIS  
RERVM BELLII AC DOMINICARVM PER INFERIOREM  
SILESIA M DIRECTIONIBVS, DYNASTAE TERRARVM  
HEINSENDORF, HERBERSDORF, NEVGVTH,  
NEVDORF ET HEINSENBVRG.

s. p. d.

IOANNES TOBIAS CARRACH

AVGVSTISSIMO REGI A CONSILIIIS SANCTIORIBVS  
ORDINIS IVRIDICI IN REGIA FRIDERICIANA SENIOR  
ET H. T. DECANVS.

**P**ar est omnino, VIR PERILLVSTRIS, vt pro eo, quo TE  
habeo et amplector, honore amoreque prorsus singulari bo-  
nis iam utar verbis & participem gaudii ex academicorum  
studiorum documento, quod iam statuit FILIVS TVVS GENE-  
ROSISSIMVS, percipiendi me significem. Auide iam is litteras,  
inprimis iurisprudentiam, venatus tirocinium doctrinae ponendi sa-  
lubre cepit consilium, nec irrito conatu argumentum explicuit, quod  
minime

minime redolet argutas ingeniorum umbraticorum atque imaginario-  
rum desidias, soluit potius quaestiones ex eiusmodi doctrinae genere,  
quod apprime decet scientiarum cultorem generoso sanguine editum.  
Non indigna quidem illustrium imaginum homine iuris civilis capita, si  
diuortium in iis disquirendis fiat ab ineptiis et nugis, praestat ta-  
men sublimiora scrutari et in publicorum praecipue ac eorum, qui-  
bus gentes reguntur, versari iurium contemplatione. Optimi certe  
omnis res est conflictus, quem subibit GENEROSVS IUVENIS,  
litterarius, ita vt eo non ad profectus tantum vti possit probandos,  
sed spem quoque faciat reliqui, quod inter Musas nostras ipsi trans-  
igendum est, temporis bene collocandi. Voveo et sincerissimus  
opto, vt augmentum capiat quotidie laetitia, quam una cum PER-  
ILLVSTRI GENEROSISSIMAQUE GENTE TVA ex aca-  
demico FILII bonae indolis curriculo sentis, huic ipsi TVI imita-  
tionem commendo et adprecor, vt TIBI, SPLENDIDISSIMIS  
FAMILIARIBVS, patriaeque commodo faustissimam nunquam  
non agat vitam. Valeas diu, VIR PERILLVSTRIS, vigeasque  
REGI et Reipublicae, de quibus insigniter meritus es, emolumento,  
meque favore et amicitia TVA, prout lucusque largiter fatis con-  
sueuisti, exornare pergas. Halae Magdeburgicae d. XIIX. Martii  
C101000LIV.

LETTRE



NVMINE OPITVLO COEPTA PROSPERANTE  
 EXAMEN  
 IVRIS GENTIVM VOLVNTARII  
 CIRCA  
**CVRIALIA**  
 IMPERANTIVM ATQVE RERV-  
 PVBLICARVM.



§. I.

ulas, domicilia legatorum, castraque Mar- Querelae  
 tis ac Mineruae querula saepe personat frequentes  
 vox tristeque nuncium, lædi ius gentium de laesione  
 Idem statim canitur classicum imperanti iuris gen-  
 tum.  
 bus, consistoriorum comitibus, rerumpublicarum pro-  
 cura-

A

cura-

curatoribus, militibus, scientias profitentibus & nescio quibus aliis spontaneis fecialibus. Plena ideo dirarum aliquando & scommatum commentaria legatorum, nova, ephemerides, scripta tandem academica. Quae WICQVEFORTIVS & MOLESWORTHIVS, publicus olim vterque nuncius, ob iura gentium circa personas ipsorum violata in ipsas respublicas hospites sparserint conuitia, vniuersa illius opera, praesertim libelli: *L' Ambassadeur*, & *Memoires touchant les Ambassadeurs & les Ambassadees*, huius iudem labores nuncupati *Memoires de Mr. Molesworth Envoyé ou Etat de Danemarck* abunde testantur. Silentio transeunda recentiori aevo emissa specimina odium spirantia, nec enarrandae rixae & similitates gentium de leuissimi momenti, quod ad ius istud retulerunt, neglectu ortae.

## §. II.

Variae iuris gentium significaciones.

Expeditumne igitur quiritantibus eorumque adversariis, quid sit ius gentium, quaenam eius capita, quae demum proxima laesionum fundamenta? Dubia potius haec omnia & infinitis ansam praebent contentionibus. Multifaria vocabulum iuris gentium accipitur significacione. Ius naturale ad integrarum nationum causas adplicatum nomine iuris gentium a nonnullis insignitur, aliis hac adpellatione eam iuris naturae partem denotantibus, quae circa iura societatum tam simplicium, coniugalis  
nempe

nempe atque herilis, quam compositarum, familiae scilicet ac reipublicae, versatur. Non desunt, quibus ius gentium audit ius publicum vniuersale, quod ciuitatum complectitur iura & obligationes, imperantesque a ciuibus disiungit. Silentio tramitto vsu termini, quo venit I. C. Romanis ipsum rectae rationis dictamen perpenfa indole nostra aptitudinem actionum humanarum ad obtinendam statuens felicitatem, qui significatus incongruas respicit prudentum istorum de iure naturali animalibus omnibus communi opiniones. Aequalia plurium gentium instituta, nec non ius ciuile rationum diuersarum auctoritate statutum, ius gentium nuncupari, sollicitus monet differentium termini huius potestatum censor B. DN. CHRISTIANVS THOMASIVS <sup>1</sup>)

## §. III.

Hoc praesertim tenendus est loco sensus ab iis, quos enarrauimus, plane discrepans, quo designat ius gentium positium seu voluntarium a iure naturae cunctisque huius partibus distinctum, pactis gentium expressis ac tacitis constitutum. Duplex esse ius hocce gentium, insignes plures, qui naturalibus legibus delineandis operam

Ius gentium positium seu voluntarium.  
distinctio eiusdem in vniuersale & particulare.

A 2

1) *Institut. Iurisprud. diuin. Lib. I. cap. II. §. 103. p. 84. nec non Fundament. Iur. natur. & gent. Lib. I. cap. V. §. 63. sqq. p. 159. sqq.*

naurarunt, viri HVGONEM GROTIUM <sup>2)</sup> secuti existimant, quum aliud omnibus gentibus commune, quod vniuersalis nomine venit, aliud particulare seu certarum gentium esse adstruant.

## §. IV.

Iuris gentium particularis fundamenta eiusdemque apparatus.

Respublicas praeter naturalia praecepta iure quoque pactitio teneri, dubium haud est, neque praesumptus neque tacitus excludendus est consensus. Praestantissima obligationum expressa voluntate scriptis declarata Europaeas inter nationes passim introductarum exempla insignibus aliis documentis iunxerunt THOMAS RYMERS cum ROBERTO SANDERSONIO luculentum pertextente opus <sup>3)</sup>, IOANNES DU MONT <sup>4)</sup>, GODOFREDVS GVI-  
LIEL-

<sup>2)</sup> *De Iur. bell. & pac. Lib. III. cap. II. §. 15. sqq.*

<sup>3)</sup> *Foedera puta, conuentiones, litteras, ac cuiuscunque generis acta publica inter Reges Angliae & alios quosuis Imperatores, Reges, Pontifices vel communitates, thesaurum vel in summa monumentorum historicorum magnificentia ob splendorem, quo illustrante produit, regium conspicendum.*

<sup>4)</sup> *Cuius studio debemus le Grand Corps Diplomatique des Gens.*



WILHELMVS DE LEIBNIZ 5), FRIDERICVS LEONAR-  
 DVVS huiusque collectoris successor obseruator & in-  
 terpres AMELOTVS DE LA HOUSSAIE 6), quibus prae-  
 ter apparatus varium scriptorum nomen occultantium 7)  
 addendi sunt labores DNI ABBATIS DE MABLY, quibus  
 annotamenta insperfit IOAN. ROVSSETVS 8). Obseruan-  
 tiam gentium nonnullarum in primariis quibusdam ne-  
 gotiis intercise quidem, satis tamen eleganter tradunt  
 ABRAHAMVS DE WICQVEFORT 9), GVILIELMVS RI-  
 BIER

A 3

- 5) *Codex Iuris Gentium Diplomaticus* aequae ac *Mantissa eiusdem* celebratur merito, LEIBNITIO dignum vtrumque volumen.
- 6) *Dans le Recueil de Traitez de Paix, de Treve, de Neutralité, de Confederation, d'Alliance & de Commerce faits par les Rois de France.*
- 7) *Vt pote Recueil de Traites de Paix, de Treves, de Neutralité, de Suspension d'armes, de Confederation, d'Alliance, de Commerce, de Garantie, & d'autres Actes publics faits entre les Empereurs, Rois, Republiques, Princes, & autres Puissances de l'Europe. Tomes IV à Amsterdam 1700 folio,* & vniuersi ferme actorum publicorum coactores.
- 8) Titulus est: *Le Droit Public de l'Europe.*
- 9) In iis, quae supra excitauimus.

BIERIO<sup>10</sup>), INLVSTRISSIMVS MARCHIO DE LAMBERTI<sup>11</sup>), PERINLVSTRIS DN. L. B. DE POELNIZ<sup>12</sup>), IOAN. CHRIST. LVNIGIVS<sup>13</sup>), INLVSTRES pariter VIRI IOAN. IACOBVS<sup>14</sup>) & FRIDERICVS CAROLVS MOSERI<sup>15</sup>), Vnice tamen his contentus esse nequit morum, qui inter gentes incefferunt, curiosus, quum potius omnia ista, quibus pacificationum sancitarum, foederum, pactionum commercii caussa initarum natalia & successus consignantur, acta splendidis corporibus inserta, legatorum itidem relationes, aliquando & ciuiliu historiarum adumbrationes

- 10) *Lettres & Memoires d'Etat des Rois, Princes, Ambassadeurs & autres Ministres sous le Regne de François I, Henri II. & François II.*
- 11) *Memoires pour servir à l'Histoire du Siecle XVIII.*
- 12) *Lettres & Memoires du Baron de Poelnitz contenant les observations qu'il a faites dans ses Voiages & le Caractere des Personnes qui composent les principales Cours de l'Europe vt & Nouveaux Memoires du Baron de Poelnitz*
- 13) *In vastissimis pluribus codicibus, praesertim in Theatro Ceremoniali & Sylloge negotiorum publicorum.*
- 14) *In den Grundsaetzen des Europaeischen Voelckerrechts.*
- 15) *Cuius auctoris posterioris est Versuch einer Staats-Grammatick item kleine Schriften zur Erlaeuterung des Staats- und Voelckerrechts. Legantur quoque vermischte Abhandlungen aus dem Europaeischen Voelckerrecht.*

nes assiduus peruoluet. Ita omnino B. IOAN. GODO-  
 FREDI DE MEIERN <sup>16</sup>), PERINLVSTR. DNI CAR. GVIL.  
 DE GAERTNER <sup>17</sup>), CLAVDII DE MESME <sup>18</sup>), ADAMI  
 ADAMI <sup>19</sup>), PETRI IVSTINIANI, BAPTISTAE NANI <sup>20</sup>),  
 FRANCISCI SANSOVINI <sup>21</sup>), FRANCISCI GVICCIARDI-  
 NI <sup>22</sup>), MAXIMILIANI DE BETHVNE DVCIS DE SVL-  
 LY <sup>23</sup>), atque SAMVELIS L. B. DE PVFFENDORF <sup>24</sup>)  
 fyn-

16) *Acta Pacis Guesphalicae & Recessus Executionis*

17) *Westphaelische Friedens-Cantzley.*

18) *Memoires touchant les Negotiations du Traité de Paix fait à Munster.*

19) *Arcana Pacis Westphalicae.*

20) Vterque scriptor Venetus, clara illius *Historia rerum Veneta-  
 ram ab vrbe condita ad annum 1575.* huius *Historia della re-  
 pubblica Veneta.*

21) *Venetia descritta*, qui & concinnauit *Libros XXII. del Go-  
 uerno ed amministrazione di diversi regni e repubbliche.*

22) *La historia della Italia.*

23) *Memoires des Oeconomies d'Etat domestiques, politiques &  
 militaires de Henry le Grand.*

24) *Commentarius duplex, alter Rerum Suecicarum, alter Re-  
 rum Brandenburgicarum, cedro dignissimus.*

syntagmata, LVNDORPII 25), THVCELII 26), FABRI 27), INLVST. IO. IAC. MOSERI 28), INLVST. DNI IOAN. CAROLI KOENIGII 29), occultatorumque nonnullorum actorum colligendis actis publicis distentorum 30), gazophylacia politica gestorumque fontes non sine fructu adieris, licet quibusdam eorum Germanica potissimum curae fuerint negotia actorum fide rerumue notatu digniorum enarratione illuminanda. Tractantibus de pace Monasteriensi, Nouiomagensi, Rysuicensi & Ultraiectina nationum oratoribus haud raro de capite quodam iuris gentium contentionem subortam, notum est ac peruulgatum: vnde non expunges bibliotheca iuris gentium fastos diurnasque de conuentionum istarum serie scripturas Gallico plerumque confectas idiomate 31). Vindicat sibi porro

- 25) *Acta publica* saeculi delapsi XVII. historiae accommoda.  
 26) *Reichs-Staats-Acta & Electa Juris Publici.*  
 27) *Europaische Staats-Cantzley.* LEVCHTIUM follertem pro parte huius & vtriusque Thuceliani operis compilatorem laudamus.  
 28) *Reichs-Fama* vt & *Teutsches Staats-Archiv*  
 29) *Selecta Juris Publici nouissima.* Neque proscribendus ex hoc numero JO. JOACH. MÜLLERVS, qui euulgauit *das entdeckte Staats-Cabinet.*  
 30) Pertinet huc *der monatliche Staats-Spiegel, Diarium* itidem *Europaeum* & amplum istud *Theatrum Europaeum.*  
 31) Inprimis *Memoires & Negotiations de la Cour de France*  
 tou-

porro locum inter scriptores in hoc disciplinae genere peritiles INLVSTRISSIMVS olim BERNARDVS ZECHIVS adscito FRANCKENBERGII nomine 32) Europae regna & respublicas instituto deformans imitabili. Vti non sine compendio in huiusmodi argumentis leguntur *les Lettres historiques*: ita quoque opportunissimum se mihi saepe praebuit aureolus & ad verbum ediscendus libellus inscriptus: *Memoires pour servir à l'Histoire de Brandebourg*. Quae ad gentium iura delineanda in medium protulerunt PERINLVST. DN. L. B. AB ICKSTATT, PERINLVSTRIS FRIDERICIANAE CANCELLARIVS DN. L. B. DE WOLFF & CELEB. DN. GLAFEY, indagandis scientiae tam egregiae principiis maxime seruiunt. Quodsi non pragmaticorum nonnullorum exemplo hominum ab historicis omnibus praeceptis caueamus, verum in diiudicandis gentium consuetudinibus ad caput & fontem earum veniamus, stirpis

B

quae-

*touchant la Paix de Munster, dein Actes & Memoires de la Negotiation de la Paix de Munster, item Actes & Negotiations de la Paix de Nimuege pariter ac Memoires des Negotiations de la Paix de Nimuege, quo & spectant Lettres de Mr. TEMPLE, Histoire des Negotiations de Nimuege par Mr. DIDIER. Non minus ad scopum faciunt Actes & Memoires des Negotiations de la Paix de Ryswick & similis inscriptionis documenta Vltraiectina.*

32) *In dem Europaischen Herold.*

quaestionum memoriam colamus, conuerſionem ſtatus & maximas in minimis momentis contingentes temporum conferamus inclinationes, ſalubris patientes conſilii, quo prouidet nobis PERINLVSTRIS ACADEMIAE REGIAE, quae ſcientiarum & elegantiorum litterarum fructui gloriaeque Berolini floret, PRAESES DN. PETRVS LVDOVICVS MOREAV DE MA VPRTVIS 33): ornaret inſtinctiorem iuri gentium intelligendo idoneam apparationem diplomaticae rei ſtudioſorum, vetuſtatis iter peragrantium & geſtorum memoriam legentium cohors, cui MABILLONIVS 34), GODOFREDVS ABBAS GOTUICENSIS 35), JO. MICH. HEINECCIUS 36), PERINLVST. quondam DN. A LVDEWIG 37), SPLENDIDISS. L. B. GVDENVVS 38), FREHERVS 39), PITHOEVS, vterque Gallicarum hiftoriarum peritiſſimus

33) *Reponſe de Mr. de Maupertuis jointe à la Suite des Memoires de Brandebourg.*

34) *Libris VI. de Re Diplomatica.*

35) *Vtraque Parte Tomi Prodrromi Chronici Gotuicenſis.*

36) *Syntagmate hiftorico de veterum Germanorum aliorumque Sigillis.*

37) *In Reliquiis MSCrorum ac Diplomatum omnis aevi, plena litterarum imperantium ſummorumque virorum dodecade.*

38) *In Sylloge Diplomatum praefantia ſingulari eminente.*

39) *Quum in Francicarum tum in Germanicarum Rerum Scripſtoribus.*

simus scriptor DU CHESNE 40), SCHILTERVS 41), GOLDASTVS AB HAIMINSFELD 42), BONGARSIVS 43), LANGVETVS 44), CAMDENVS 45), DV FRESNE 46), IOACHIMVS V. AMPLISS. 47), aliique accensentur, quibus ipsis, partim & gestorum, quae voluminibus integris declarata stiterunt, adumbrationibus plurimum debent iuris,

B 2

quo

- 40) *Historic. Franciae Tomis V.* & aliis ANDRAE DU CHESNE operibus, quae inter *l' Histoire de Lorraine* similiaque.
- 41) *Scriptor. Rer. Germ.* Fructiferum quoque JO. GE. AB ECARD *Corpus Hist. Germanic.* & in genere collectores scriptorum rerum Germanicarum, Gallicarum & Italicarum utilissimi.
- 42) *Scriptor. Rer. Alemannicar. vti & Suevicarum, Constitutiones Imperiales, Reichs- Handlungen, Reichs- Satzungen, Politia Imperii & maxime Monarchia Imperii* praestantissimus magnique ponderis liber eidem natales tribuunt compilatori.
- 43) *In Gestis Dei per Francos.*
- 44) *Epistolae arcanam saeculi XVI. historiam complexae* LVDEWIGIO curante publicatae sunt.
- 45) Partim in *Anglia & Hibernia* partim in *Vita Elisabethae.* Adde LARREY *Histoire d'Angleterre*, laudatissima volumina.
- 46) *Glossarii mediae & infimae latinitatis cum accessionibus Benedictinorum congregat S. Mauri* sex tomorum operis per pluribus articulis.
- 47) *In der Einleitung zur teutschen Diplomatick.*

quo nationes inuicem vtuntur, pactitii origines. Vim autem conuentionum eiusmodi tam disertis verbis initarum quam tacito praesumptioe consensu nitentium partes tantum contrahentes obligare, summa iurisprudentiae naturalis capita docent: ex aduerso neque ex pacto ius est, neque statutis alligantur, nisi qui inter se pepigerunt.

Cumulare possem atque adaugere venustissimorum & politicissimorum de hoc argumento scriptorum syllabum, nisi produ-  
 cioris & immoderatus excurrentis taedium vitandum cense-  
 rem orationis, partim quoque eas tantum, quas ipse le-  
 citau, consilium ceperim recitandi tractationes.

§. V.

Iuris gen-  
 tium vo-  
 luntarii  
 vniuersalis  
 defectus  
 ostenditur  
 & argu-  
 menta con-  
 traria dis-  
 quiruntur.

Diuersissima ab his, quae sub finem *Spbi praeced.*  
 ipsa rei natura docente tradidimus, mens GROTHII eius-  
 que opinioni subscriptorum, qui ius gentium voluntarium  
 seu posituum a naturae statutis differens, plenissimo ta-  
 men robore cunctas obstringens nationes asserunt. Plu-  
 rima neque proletaria pro defendenda huius auctoritate in  
 aceruum coniecit momenta PERINLVST. DN. A TAV-  
 BENHEIM in Dissertatione praefide DN. A LVDEWIG  
 propugnata 48) pragmaticam spirante scientiam. Contra-  
 riam autem post SELDENVM, & L. B. PVFFENDORF-

FIVM

48) *De Iuris gentium laesione.*



FIVM tuitus est sententiam CHRIST. THOMASIVS 49), quem dein alii secuti. Praestant inprimis, quae in refellendis argumentis pro iure gentium vniuersali constructis solidissime & eminenter differuit SVBLIMISSIMVS ET INLVSTRISSIMVS SAMVEL L. B. DE COCCEII REGIS ET REGNI SVMMVS CANCELLARIVS 50). Omnes quidem rei rationes ab origine causisque primis repetere ac discernere disuadet pertractandi natura thematis; breuibus tamen ea, quae de capite hoc degustare necessitas formandae materiae subigit, proponemus. Generalem & vniuersos terrae incolas complexam societatem, immo rempublicam, caelestique nutu statutam DEI in totum genus humanum monarchiam fundamento esse contendunt voluntarii & quasi communi huius reipublicae sponfione videntis iuris. Verum desunt probationes ad euincendum eiusmodi nexum comparatae. neque, vt vnquam dentur, in spem conici quis poterit. Conditum mortalium stemmatis vltimi historia ciuile eorum consortium ignorat,

B 3

nec

49) *Instit Iurispr. diu. L. I, Cap. II, §. 104. ad 109. Fundam. Iur. nat. & gent. Lib. I Cap. V, §. 71. ad 78. Specim. Iurisprud. Iudicial. ex Iur. nat. & gent. in exemplis Cap. II, & III.*

50) *In operibus inaeftimabilibus & e grege librorum vulgari segregandis Iur. Ciuil. controuerf. Lib. I, Tit. I quaeft. 7. ac Introdudt, in Grotium illustratum Diff. prooemial. IV. Sect. 2.*

nec finis vitae nostrae de illo monet, siquidem in securitate societatis ciuilis consistit ratio, quae deficit intuitu vniuersae terrigenarum prolis. Merito quoque dubitandum de diuinae formula monarchiae. Quem enim supremo imperio pollentem agnoscent gentes aut cohortem Deorum nefanda superstitione colentes aut SVMMI praesentiam negantes rerum CONSTITVTORIS, quo scelerato barbaras quasdam nationes imbutas errore vel expeditum est vel, certe quoad potioremodi populorum partem, verisimillimum. Quodsi etiam cunctis gentibus conueniret de vnico mundi Rectore ciuitatis vniuersalis statore & autocratore, parum tamen hoc efficeret, quum DEUS ipse tribunal externum, coram quo lites nationum de dominio orbis terrarum, imperio in mare, praecedentia, titulis honorum, insignibus & similibus defensionum capitibus feruentes ventilari possint ac terminari, haud ordinauerit. Qui enim palatini NVMINIS, qui praefecti praetorio, quinam in sanctiori consistorio comites, qui militum duces, qui agentes in rebus? Quis demum mero gaudet mixtoque imperio, quo sententias contra principes & respublicas pronuntiatas det executioni? Neque comprobatur praxis gentium opinionem de republica sub auspiciis DEI monarchiae vnita: verum in asserenda causae iustitia prouocare solent illae ad mediocum a DEO concessorum adhibitionem pro iniuria repellenda, quo ipso  
indi-

indigitant vim bellicam, cuius vsus ex libertate naturali fuit, laedentibus obmouendam; quod infinita docent acta publica & imperantium rerumque publicarum aduersus eos, qui vel in minimis iniurios sese praebent, protestationes. Opponitur nobis porro concentus gentium de iure inter eas obseruando vim obligandi illimitatam habente, & orta hinc tot tantaque nationum fidem implorantia carmina de cauenda iuris illius laesione. Constans autem vsus harum gravissimifoni vocum nunquam ostenditur, siquidem vix fugit rerum gestarum, recentissimae praesertim aetatis, peritum, quod alii vicissim negent populi transgressionem iuris voluntarii vniuersalis idque ipsum haud admittant. Eadem saepe natio, quae modo alias violationis sancti, quod venditat, iuris postulauerat, nunc iterum apud vicinas in contemperate sanctitatis reatum incurrens ludibrio habet ista praecepta, nec vlla eorum stringi se patitur necessitate. Mutantur libero imperantium arbitrio praecipua, quae iuris gentium vniuersalis esse feruntur, capita: quod liquet exemplo immunitatis legatorum a tributis ac vestigalibus, cui angustos quandoque circumdederunt terminos respublicae hospites, vti nec ignotae omiffae alicubi locorum salutationes principum peregrinantium per nuntios, laetitia luctusque publici exteris faciendae significationes; taceo differentiam modi hos expediendi ritus, vtpote dignitatem personarum transeunti principi publi-

publico nomine bene cupientium, litterarum vicinos, amicos & foedere iunctos de sollempnibus inaugurationum, natalitiis, nuptiis obituue certiores facientium forma & quae sunt reliqua eiusdem indolis. Concilium gentium frustra nonnulli adstruunt directione hominum gaudens ac ciuitatibus normam statuens actionum. Sed suum hoc fulcimento munire systema LVDEWIGIVM iam puduit, quum, iciune admodum disputari de congregationum talium institutis, ei haud latuerit. Scilicet, an comitiorum istorum coactio vnquam futura sit, merito ambigitur ob ipsam diffitorum populorum ignorantem, in qua versantur, eorum quoque, qui in notitiam nostrarum gentium peruenerunt, clamore conuicioque consilia de conuenticulis repudiantium pugnam. Quin fiam vniuersae profapiae humanae ciuitate huius etiam assertionis rationem continere quilibet perspexerit. Nec absone quaerendum esset de iure comitia indicendi & editorialium idcirco proponendarum litterarum auctoritate. IMPERATOREM ROMANVM praesidem senatus gentium quidam adpellant summa simul gaudentem potestate. Gratis tamen ac temere haec omnia, neque INVICTISSIMIS AUGUSTIS neque rebus publicis aliis adstipulantibus. Vnde enim rei huius argumenta? Vbi pacta id cauentia? Originaria haec praerogatiua & ab incunabulis rerumpublicarum, ne dicam mundi, & vltimo ciuitatum seminario peten-

petenda non est, quo nempe aevo nullus floruit lupa nutrice ROMVLVS, vti nec ciuili libertati insidiatus OCTAVIVS. Tunc temporis tamen, incognita adhuc Quiritium adpellatione, condita regna, unita ciuium collegia. Fabulae de quatuor monarchiis vniuersalibus a PLVRIMVM REVERENDO ABELIO 51) pluribus scriptis explosae vix assensum praebuerit rerum gestarum gnarus, qua fictitia narratione nititur deductio eminentis, quod scrutamur, CAESAREI iuris a Romanae reipublicae in orbem terrarum dominio. Hoc posterius momentum si contemplemur, limitibus circumscribatur ille Romanorum dominatus, quos docent ISAACVS VOSSIVS, PETRVS CIACCONIVS 52) et EZECHIEL L. B. de SPANHEMIVS 53). Indomitae Germanorum, Scytharum, Sarmatarum et innumerae Afriam Africamque inhabitantium nationes, transmarina An-

C tichtho-

- 51) In *Historia Monarchiarum* ac in tractatione *von den alten Monarchien*, quae iuncta *Scriptoribus rer. Germanicar.* IO. GE. LEVCKFELDII & IO. MICH. HEINECII.
- 52) Uterque in *Commentario ad POMPON. MELAM de Situ orbis* subiecto auctori huic cum praestantioribus variorum animaduersionibus et nummorum figuris aeneis a GRONOVIO nitidissima forma in lucem emisso.
- 53) In *Orbe Romano* quum plus vna vice separatim typis mandatum *Thesauro Antiquitatum Romanarum* GRAEVIJ inserto.

tichthonum regioni non absimilis terra ignota Romulidis, incompertum incolarum eius gubernium. Cessant igitur primatus IMPERATORII et augustioris potentiae fundamenta intuitu maximae et amplissimae terrarum partis. Diffusos, quibus Romani imperabant, tractus amplitudine tamen aliis in diuersis orbis partibus cedere regnis, ab eo in dubium non vocabitur, qui limites imperiorum norunt. Certe neque ditionibus HISPANORVM REGI submissis neque RVSSORVM AVTOCRATORES dominos salutantibus prouinciis aequalem fuisse pristinam Romae potentiam, expeditum est, quamuis incolarum regionum Romanarum alicubi locorum, non autem vbique, maior celebrata sit auctoribus domesticis frequentia ac hodie monarchiarum commemoratarum sceptris paret. Dein mihi nondum liquet, qua ratione in ambitu terrarum reipublicae ponendum sit fundamentum directionis in reliquis nationes competentis. Debilitatas populi Romani vires ac destructa tanti imperii praesidia, Germanicarum praecipue gentium virtute, historia docet, qua de re scrupulus esset mouendus, vtrum victoribus populis, et cuiam eorum potissimum, an victae nationi antiqua huius asserenda sit dignitas. Notum pariter est quam quod notissimum, imperii Romani continuum feriem in id, quod nunc venerantur Principes ac ciuitates, IMPERIVM ROMANO-GERMANICVM haud esse perpetuam, sed primo Francis postmodum Teutonibus honorem adpellationis Caesareae belli pactorumque iure cum quibusdam

busdam Italiae terris cessisse, quibus tamen haud inhaeret, utpote maximam partem dominatui Germanorum exemptis ac obsequio IMPERATORVM subtractis. Facillimum profecto foret ad ostendendum, quod plurimis Romae antiquae deuotis districtibus iam diuulsis, augustius sit nihilofecius praecipuisque iuribus ornatus IMPERATORVM GERMANICORVM fastigium dignitate priscorum Principum Romanorum. Loco vix cesserunt his Reges exteri opibus armisque valentes, spreuit eorundem numen ATTLA, neque veriti sunt migrantium sedes patrias Germaniae populi, quum contra vel hostes Reges et respublicae SEMPER AVGVSTIS GERMANICIS primas deberi in ordine Principum lubenter fateantur. Nec video, qua ratione stringat argumentum a praecedentia concessa ad imperium vel inter aequales ad praesidium regiminis aemulum. Quis demum comitiorum maximae, quae fingitur, ciuitatis locus? Campus forte Martius, laudatiue OTTONI MVRENAE, OTTONI FRISINGENSI EPISCOPO, CONRADO A LICHTENAV et aliis Campi Roncalii, priscoe ac recentioris Romae Procerum conuentibus celebres? Obstat iterum pendens adhuc lis nec vnquam forte addicenda de Roma praerogatiua imperiorum. Voluntatem ergo gentium communem pro fundamento iuris earum ponentes figmentis saepissime opus habent nec praesumpta nec tacita conuentione extante. Verum maius forte vtiliusque et salutis gentium valde accommodum est argumentum, quo non

C 2

omnium

omnium quidem sed moratiorum tantummodo populorum pactiones et consuetudines gentium iura complecti defenditur. Eleganter admodum haec, parum tamen solide. Quae scilicet gentes moratiores, quae ex aduerso non moratae? Status primum agenda esset caussa et quaestio, quum vix detur natio, cui arrideat barbarae nomen, cuiue in deliciis ponatur non moratam audire hominum colluuiem. Barbara Graecis Asia, rursus eadem Romanis Graecia, omnibus demum priseo aeuo Germania, licet manifeste prodat historia turpiorem stultitiaeque pleniorum Athenarum pariter ac Romae superstitionem antiqua ista Germanica, pluraque credulitatis, legum naturae difformium, ferocitatis denique et saeuissimae atrocitatis specimina illarum ac Teutonum gentis, ne mentionem faciam naeuorum reipublicam Atticam non minus vti Quiritium illam vastissimam afficientium, turbasque gignentium continuas, quibus immunes Germanorum ciuitates vetustissimae. Christianorum sacrorum formulam et ritus moratas efficere nationes quis negauerit? En calculum vniuersae non tantum scholis et regularum politicarum designationi vacantis sectae sed et legatorum et aulicorum virorum familiae. Turcas, Persas, Indos, Seres, Afros barbarorum horremus adpellatione venientes, barbari Sultanus, Schachus, Mogolus, Imperatores et Reges, barbari quoque legati eorum. Sed si mores huiusmodi populorum contempleris et Christianarum gentium consuetudines ad  
can-



eandem exigas rationis normam, quae omnium magistra, quam parum congruunt plurima nostrorum facinora cum lege ista vniuersali, quam recte contra versantur haud raro foeda sordentes gentilis cultus impuritate. Paria profecto inter hos obvia non sunt truculentiae, bellorum absque ulla laceffentium prouocatione susceptorum, regionum, quae alia omni culpa praeter ethnicos errores carebant, populatarum et euersarum documenta, quorum narratione abundat immo scetet rerum a Christianis quum inter se rum cum insontibus paganorum populis gestarum series. Saxones a CAROLO M. suadentibus mansuetis morumque suauissimorum cultoribus Episcopis capti et oppressi, excisiffi caedibus et incendiis eorum vici, Nouae Indiae incolae ab aduenis Christianis vitiorum spiramini, non primis naturae, indulgentibus morti non tantum traditi bonisque et libertate spoliati sed et ante haec ipsa perditae et ante sygiarum vndarum salutationem terrores, vexationes, cruciatus passi exemplo sunt. Pacta foederaque cum gentilibus et, prout vulgo vocantur, feris nationibus inita sacramenti religione roborata nunquam intemerata seruarunt, qui optime moratorum dignum affectant nomen, qui Christianorum, Catholicorum et Euangelicorum tuentur sacra. Acute perquam CELEBERR. DN. de VOLTAIRE 54),

C 3

vni-

54) *Melanges de Litterature et de Philosophie Chap. VI. dans le IVme Tome des Oeuvres de Mr. de Voltaire p. 180.*

unicam Christianos inter et Americanarum plagarum seffores conventionem iureiurando non interposito nec sollemnibus cautionibus additis sancitam, eandemque unicam nullo tempore ruptam violatamue esse GUILIELMI PENNI Tremantium Principis cum vicinis domini Pensylvanici populi foedus, reliquis scilicet iisque innumeris Europaeorum et Americae indigenarum pactis neglectis vt plurimum non sine perfidiae nota, neque barbarorum sed Europae gentium temeritate. Praeterea infirmum omnino ducitur argumentum a religionis, cuius differentem cultum ignorat ius vniuersale, praestantia ad ciuitatum eminentiam vel in alios dominium. Quin haud ita pridem circa Christianos Graecorum sacrorum amplissimumque Russiae imperium ambigebatur, vtrum huc extendendi orbis morari fines, quae disceptatio hoc demum cessat saeculo. Ex aduerso gentium praxis ita est comparata, vt nostro aevo Summum Turciae Dynastam moratoribus adnumerari non omnino sit negandum. Caetera rident nostra, vicinorum, forte quarumcumque nationum instituta Seres, qui, licet ipsi propriis ingeniis fraudem inferentes, stupidos credunt et expertes scientiarum probabilius Europaeos 55). Missis vero difficultibus de discrimine moratarum ferarumque nationum sententiis nullae prorsus deprehenduntur ratio.

55) DN. de VOLTAIRE *Melanges de Litterature et de Philosophie* Chap. 7.

rationes, quibus superstrui possit eorum, qui cultiora et humaniora obseruant instituta, ius leges iugumque imperandi gentibus effrenis et immanuetis virtutum osoribus, libertate tamen aequali cum laudando illo genere ex naturae decreto gaudentibus. Nemo vnquam euicit aequalitatis ob spretam virtutem iacturam, neque praecipua ex indole erectiore prae stupidis hominibus competentia arbitrio inter gentes determinauit.

## §. VI.

Vacandum nunc examini singulorum, quae tabulis iuris gentium vniuersalis comprehensa creduntur, momentorum. Sed breuiter haecce exposuisse integrasque causarum classes summatim perstrinxisse satis erit. Primario notari meretur loco, quod iuris gentium vniuersalis assertores misceant assensum, adprobationem, aliquando et imitationem solam cum consensu in obligationem. Discernendum omnino esse adplausum a conuentione, multoque minus hanc posteriorem ex eo elici posse, si quis easdem, quas alius ante ipsum perpetrauerat, actiones committat, naturae praecepta indigitant. Liberum est cuius extra rempublicam, an vti velit ritibus formaque sollemni in expediendis negotiis nec ne, ideo quoque maior adhuc obtinet libertas in ipsa rituum ratione determinanda. Sane quidquid iure gentium caerimoniali cautum existimatur,

vix

*Regulae  
speciales  
de capitibus  
iuris  
gentium  
vniuersalis.*

vix alio nititur fundamento, quam imitatione, vti et mutatio officiorum honesti ac decori in vim legis et iustitiae ex eadem conicitur, repugnante rationis dictamine, quod nationum integrarum arbitrium angustioribus quam priuatorum voluntatem circumscribi haud sinit limitibus. Dari vero concordantia eiusmodi facta gentium virtute conventionum destituta, ipse optime sensit GROTIVS, separans ideo atque discernens ius gentium voluntarium vniuersale latius ab arctiori. Hoc enim comprehendere adstraxit mores populorum obligationem perfectam haud efficientes, quem tamen illi consuetudinum generi inesse ratus est vigorem. Confutata haec opinio distinctionis speciei superbiens vtilissimae ab INLVSTRISSIMO, quem supra gentium iuris oppugnatorem celebrauimus, SYMMO CANCELLARIO, quod propugnaculum contradicentis familiae eo magis ex eorum eiicitur defensione, quo minus finibus vtriusque iuris gentium positionis regendis officii fategit GROTIVS cum sequacibus. Quin nunquam non suboritur dubium *Spbo praeced.* motum de quaerenda coactionis eorum, qui circa ritus et instituta aliorum dissidentes sese praeberunt, populorum materia. Deinde ex maiori parte digniorum iuris, quo nationes vti iudicantur, vniuersalis capitum nominandum est illud, quod constat ex principiis quum iuris publici vniuersalis tum gentium particularis. Quemadmodum ad posterio-

rem

rem caussarum ordinem spectat praerogatiua IMPERATORIS ROMANI prae Regibus, horum rursus prae ciuitatibus, quas curia senatoria vel congressus ciuium regit, maiestas, legatorum diuersa conditio, officiorum familiaritatis praestatio, pluraque alia: ita prioris generis sunt, transitus belligerantium per territorium, quatenus scilicet a sollempnibus pacto nonnullorum tacito introductis discedimus, ipsa caussarum belli tam structarum quem oblatarum et arreptarum iustitia, incurfionis atque impetus armatorum legitima fundamenta non minus ac salutis expediendae ratio honesta, nuntiorum publicorum ad exterarum gentes mittendorum facultas, hospitium legatis exhibendum, et quae sunt reliqua. Ex aduerso spuria iterum habentur vniuersalis iuris voluntarii tradita, quae certarum tantummodo respiciunt nationum viuendi rationem, arma, religionem. Dissonantia fovent Austro Euroque vicini principia de apta compositione morum et condecencia ab iis, quae nostrarum regionum incolae honesta censent ac decora. Arbitro igitur opus esset, ad dirimendas de praefereendis aliquorum populorum consuetudinibus lites, quo exinde nascantur gentium iura. Exemplo sit mortuorum terrae reddendum modus, qui discrepat pro multiplici hominum de honesto, recto atque decoro sententia. Turpis quibusdam gentibus humandi ritus, festiua corporum crematio, iterumque ossium collectio aliis, nonnullis autem

D

eorum

eorum placet dispersio. Contraria his est Europaeorum nationum consuetudo, quibus poenae adpellatione venit rogus, recentiori certe aeuo, disparili maiorum more. Fluit ex his dissonans de honesta hostium bello captorum, immo et peregrinorum nunciorumque decedentium sepultura, ac illis supremo mandandis officio. Ipse LVDEWIGIUS aliud in medium profert varii iuris disparisque conditionis hostium captorum exemplum, qui aliis in republicis sub corona veneunt, alibi militi adprehendenti cedunt, alibi non ciuibus singulis seruili submittuntur iugo, sed victricem ciuitatem imperiumque eius dominum venerantur: neque hi tantum, quibus barbariei nota adspergitur, dissimilem in hoc capite fovent opinionem, sed moratorum quoque populorum et Christiana sacra obseruantium circa idem obtinet dissensio. Nullum hinc superest dubium asserendorum limitum iuris gentium, quod multiformium superstruitur auctoritati institutorum. Cultu NUMINIS discrepante quaedam ad gentium iura ab auctoribus illa commentatis relata fundamento nituntur, quae ideo commode non vocantur ad negotiorum publicas quarumcunque nationum causas concernentium ordinem. Pertinent huc susceptorum sponforumque Principum ad sacrum fontem delectus, negatio sponfionis eiusmodi in se recipiendae, officiorum inde pendentium exhibitio, aliaque eiusdem indolis. Litterarum, quibus Princeps Principi felicia precatur

catur anni auspicia, formulae itidem vota haec edisserendi respectum habent ad mores populorum in salute adscribenda pariter ac in temporis dimetiendi ratione et annorum initiis, quin etiam haud raro in religionis Christianae cura. Crebra quoque non opus est animaduersione, quo perspectum fiat, obvios esse aliquando Principum actus, vnde gentium iuris exempla arcessuntur, quae tamen absque praeconceptorum opinionum fallacis considerata iocum indicare censueris, vel, quum hic in Principem, praesertim si seria agatur causa, non cadat, ingenii vel Principis ipsius vel ut plurimum eorum, qui a consiliis illi sunt, parum felicitis dixeris documentum. Facillimum est ad intelligendum, specimen esse huius rei preces ELECTORIS ad ministrum ecclesiae pro subeundo susceptoris filii ELECTORALIS munere ita conuolantes, ut non ultra floreni oblationem pro dono lustrico stipuletur angusta purpura insignis pater. Occurrunt alia facta, quae licet in vanitate, superstitione, similitudine fundamento non requiescant, singularia tamen sunt et absque exemplo fiunt, ut designatio personarum pauperum et ex elemosinarum erogatione victum quaerentium ad sponsonem pro infante REGII sanguinis, quod lauacro sanctiori admouetur, praestandam. Exsint merito haec ex indice legum, quas gentes colunt, voluntariarum, nisi forte miscella admittas iuris gentium miscellis historiarum vix aptiora.

D 2

§. VII.

Dubia iuris  
gentium  
circa curia-  
lia impe-  
rantium et  
rerumpu-  
blicarum,  
quorum  
examen pro  
thematē  
indicitur.

§. VII. Belli, pacis, foederum, legationum, commercio-  
rumque iura largam satis praeberent occasionem, haec  
§pbo VI. summis lineis adumbrata capita fusius explicandi  
atque solidam iuris gentium voluntarii vniuersalis inde in  
dubium vocandi probationem. Sed ne morer vterius pri-  
mariae, quam agito, quaestionis tractationem, disiungam ista  
ab hisce schedis: assidua potius pensitatione rerumque circa  
publica negotia actarum frequenti obseruatione doctus, haud  
obscuram esse materiam curialium, quibus imperantes  
vtuntur et respublicae, illamque contentionum illustrium  
et rixarum concitatarum caussa dignam, quae eum in mo-  
dum examinetur, vt defectus constantis et vbique vigen-  
tis iuris nationum voluntate stabiliti axinde patefiat, nec  
tamen, quae ad principia de curialibus personarum re-  
gnantium accurata figenda spectant, negligantur. Con-  
sulendi vero sunt in hoc argumento praeter citata LVNIGII  
Volumina V. A. FRID. CAR. MOSERVS 56), BECMAN-  
NVS 57), FELTMANNVS 58), SELDENVS 59), GRASSIVS 60),

ERVDIT.

56) *Versuch einer Staats-Grammatick et Abhandlung fehlerhaftes Schreiben.*

57) *De Notitia dignitatum illustrium.*

58) *De Titulis honorum.*

59) *Titles of Honour.*

60) *De Litteris Status.*



ERVEDITISS. SNEEDORFIVS <sup>61)</sup>, quorum dicta passim laudanda erunt in disquisitione nostra, nonnunquam quoque exponenda ponderandaque.

§. VIII.

Curialium voce designantur formulae titulorum, in-  
 scriptionum et subnotationum in litteris. Differunt ergo  
 eadem ab vniuersa litteras conscribendi ratione, vulgari  
 nomine Styli Curiae veniente: siquidem illa huius tantum  
 constituunt partem, et Stylus curiae seu genus ipsum feri-  
 tionis epistolarum, libellorum supplicum et memorialium,  
 commonitoriorum, indiculorum, quibus capita rerum et  
 negotiorum aulicorum notantur, formulas omnes in litteris  
 obuias, modum negotia ipsa feriemque eorum secundum  
 varietatem personarum atque circumstantiarum proponendi  
 et iis attemperandi comprehendit <sup>62)</sup>. Vtriusque momen-  
 ti, curialium scilicet ac styli curiae peculiaris deprehenditur  
 indoles in scriptis personarum publicarum et in iis, quae  
 circa regnorum ciuitatumque regimen nascuntur, procura-  
 tionibus. Neque tamen eandem quibuslibet personis, quae  
 negotiis rerum publicarum implicantur, familiarem esse  
 posse dicendi scribendique rationem, ex ipsa illarum perspi-  
 citur discrimine. Fastigium imperantis, sola sua auctorita-

D 3

te

<sup>61)</sup> *Essai d'un Traité du Stile des Cours.*

<sup>62)</sup> DN. SNEEDORFF *l. all. dans l'introduction.*

te ciuitatis magistri, eminentia praefidis splendorque curialium honorum in optatum reipublicae aristocraticae fenatu, ciuilium congregationum in comitiis democraticae ciuitatis auctoritas, nuntiorum publicorum ad exteros missorum dignitas, et, quod ad hos postremos attinet, ordinum inter eos, qui personam imperantis ipsam sustinent, ac illos, qui augustalis honoris speculum non constituuntur, discrimen dissonantia suadent verba, reuerentiae, amicitiae, fauoris signa, supplicum precum, commercii litterarii, mandatorum, publicorum scriptorum aliorum rite concipiendorum artificia. Vsum in diuersissimis hisce scriptio- num generibus addiscendis insignem praestant DNI DE CALLIERES, Administri quondam REGIS GALLIARVM et ad pacem Riuicensem Ablegati commentaria 63). Neque vero hic nec alii normam negotia ciuitatum sollempnia expediendi proponentes soli sunt consulendi. Sollicitum enim de hisce argumentis ingenium inspiciat, necesse est, et com- paret innumera eiusmodi exempla, in quibus quotidie fere mutant nonnihil mores gentiumque conuentiones. Quantum

- 63) Inscrubuntur: *de la maniere de negocier avec les Souverains.* Promouet quoque ad hoc studii genus *l'Art de negocier par Mr. PECQVET.* Praeter auctores supra iam laudatos pre- tium adhuc est consulere in his argumentis *Mémoires de BEL- LIEVRE et de SILLERI, Mémoires du Chevalier TEMPLE, Mémoires de Mr. THEYLS, Lettres du COMTE d' ESTRADES,* vt BOYGEANTIVM cum aliis haud memorem.

tum autem ad ipsas imperantium attinet literas, duo ite-  
rum earundem discernenda sunt genera. Aliae scilicet in fa-  
cris expediuntur Principum consistoriis, ministrorum pu-  
blicorum, scriniariorum, eorumque, qui a secretis sunt im-  
peranti, opera confectae: aliae ex aduerso in cubiculo Prin-  
cipis exarantur. Illae *Cancellariae* seu *Consilii* litterae (*Lettres du Conseil* siue *Canzeley-Schreiben*) adpellantur, his  
nomen *des Lettres du Cabinet* siue *dever Cabiners-Schreiben*  
proprium est. Quin non Reges tantum summique inter  
saeculares personas fastigii legitimos detentores sollempnibus  
adeo studentes deprehendimus, vt variae scriptorum, quae  
ipforum nomine et auctoritate emanant, obuenant classes:  
quum ecclesia ipsa curiaque Romana non minorem arguat fa-  
ctum adoptata *Bullarum* et *Breuium*, prout plumbei aevi for-  
mula sonat, differentia. Quemadmodum autem infinito inter se  
distant interuallo visiones causarum publicarum, in quibus  
stylus curiae est multiformis, ita eodem diducuntur interuallo  
curialia in vnaquaque istarum inspectionum ab iis, quibus ex-  
ornantur reliqua litterarum genera.

Diversa  
litterarum  
ab imper-  
antibus  
scriptarum  
genera.

## §. IX.

Satis sint de stylo curiae a curialibus differente dicta. *Observa-*  
De ipsa nunc argumentanti mihi scriptionis huius materia *tion. gene-*  
discutiendae obueniunt quaestiones nonnullae generales *ral. de obli-*  
Primario certe loco differendum de obligatione ad obser- *gatione ad*  
vanda *curialia.*

ex iure  
naturali.

vanda titularum et subscriptionum sollempnia. Naturalis sententia legis consilio committit arbitrioque prudenti formulas honorem, quem scribens alteri habet, amicitiam quoque, vel benevolentiam, quam exhibet, designantes. Quin utriusque definiendae sunt voluntate, eius scilicet, qui litteras exarat, et eius, ad quem perscribuntur, siquidem penes utrumque stat litterarii omnis commercii miscendi ratio. Alter enim, quo pacto facere velit litteras, alter, quas condiciones repudiandas quasve exceptiones in rescribendo ad ea, quae ille quaerit, statuendas existimet, definit, donec adducatur res ad concordiam. Hinc non obscure indigitat rectae rationis dictamen, quod curialium vel plenaria omisso vel parciore largiore adiectio voluntate eorum, qui litteras commutare solent, sit relinquenda. Dirimuntur autem disceptationes idcirco motae consensu vel expresso vel tacito, quum eius, quae praesumitur, confessionis per ipsam huius rei iudolem nullae possint esse partes. Neque tenetur imperans ad eum illum, ad quem litteras mittit, exhibendum cultum, quem nonnullis aliis eidem ordini adscriptis testatur: ut e contrario nullum subest fundamentum negandi ei, ad quem litterae perferuntur, exactiorem maioris honorificentiae illa, quae reliquis suae dignitatis personis praefertur.

§. X.

et ex iure  
gentium.

Communiter hac in re gentes sibi inuicem spondisse  
natu-

naturalium legum immutationem, neque constat, neque est, quod vlla auguremur coniectura. Veritati enim consentaneum haud est, quod eodem verborum ornamento vtantur summi imperantes in compellatione aliorum imperantium pari cum ipsis scribentibus axiomate fulgentium. Nunquam dubium existimauit REX GALLIARVM ius regalis MONARCHAE DANICO competentis diadematis, *Maiestatis* vero titulo, proprio REGIBVS honore, honestare Eundem recusauit, licet alios REGIA dignitate gaudentes ita nuncupauerit. Solum potius *Seuissimi Regis* encomium litteris REGVM GALLICORVM ad CIMBRORVM DOMINOS perscriptis inferebatur, donec hoc tandem saeculo WEDDERKOPPIO Lutetiae res Daniae procurante eo peruentum, vt *Maiestatis* nuncupationem LVDOVICVS XV. adhibere promitteret REGI DANORVM. Peruulgatum est pariter, REGES omnes ab IMPERATORIBVS GERMANICIS salutari tantum *Grosmächtige et besonders liebe Brüder*, si Teutonico condantur idiomate litterae vel documenta, quae CAESAREO splendent praemisso nomine. Nihilofecius SVECIAE REGIBVS tribuunt IMPERATORES singularis coniunctionis indicem titulum *Geliebtester Bruder*: vti quoque spondente D. CAROLO VII. SEMP. AVG. peculiari stipulatus est pactione AVGVSTISSIMVS FORVSSORVM MONARCHA adpellationem *Grosmächtigt*, quo honoris signo SACRATISSIMVM FRIDERICVM praerogatiuae huius auctorem iudem maclat INVICTISSIMVS, cuius

ius rectione hodie proficiunt res Germanicae, FRANCISCVS I. IMP. Quæri omnino posset ex his, qui vniuersalis gentium iuris admittunt regulas, num is, qui de eminentiore cum IMPERATORIBVS paciscitur tituli ornamento, sublimiori inde admoueat et augustiori dignitati. Quod si hoc negaueris, fallit adserio directionis et principatus CAESAREI in senatu gentium, et ex eo promanantis iuris absoluti suprema imperantibus reliquis largiendi axiomata REGIO adnexa diademati. Adstruens autem præcipuum dignioremque PRINCIPVM, quos ornatiores ficit eiusmodi nuncupatione CAESAR, locum, alios offendis scopulos, nimirum ius præcedendi gentium, vti arbitrantur, decretis ex antiquitate REGII axiomatis deriuandum.

## §. XI.

Dubia contra regulas de differentia curialium in literis cubiculi et consilii.

Egregius quidem videtur vsus distinctionis *supra* §. VIII. explicatae, qua segregantur litterae imperantium ex cubiculo profectae ab iis, quae in sanctiori officio consistorio, intuitu curialium. Sed iterum incerto hic vtuntur PRINCIPES iure. Politius esse dicendi genus, quo prioris generis litterae exarantur, plerumque adstruitur, quod indulgentiores ibi sint summi Principes in erogatione titulorum ac in scriptionibus, quas in senatorum de causis reipublicae sollicitorum confesso perferri curant. Non congruit cum his, quod rarius *Maiestatis* VOCA-

vocabulo se inuicem salutare consueuerint REGES istius indolis epistolas mittentes, quod breuissimi sint in formulis nuncupandi, quas prolixas et amplas perhibent *Litterae*, quae vocantur, *Cancellariae*. Verum gratis et absque argumenti e documentorum publicorum copia depromti firmamento exulare creditur e litteris in cubiculo confectis *Maiestatis* adpellatio, quod perplura loquuntur acta, exemplo litterarum GEORGII I. BRITANNIAE REGIS pacificatoris ad MONARCHAM, quem cum Scandinavia conciliauerat, DANIEVM.

## §. XII.

Haud exigua errorum ab interpretibus in diuidendis curialibus commissorum ratio in eo est ponenda, quod parum sollicite discernant causam scriptorum publica negotia concernentium vel imperantium rerum publicarum nomine conceptorum efficientem: vt reliqua, quae in litteris et instrumentis eiusmodi notari merentur, circumstantiarum tramittam meditationem. Saepissime profecto contingit, PRINCEPEM ipsum vel dirigendae reipublicae vacantem confessum ignorare vel certe non curare titulorum, inscriptionum, nuncupationum et subscriptionum formulas, relicto vt plurimum harum studio iis, qui in curia aut *cancellaria*, quam dicunt, a secretis habentur. Hi profecto vsui antiquiori splendidum praxeos nomen prae se ferenti adscripti iusto minorem

Observat.  
de curialium descriptione a scriniariis et epistolographis facta.

praebent attentionem in fastu titulorum, quo proxime delapsum aequae ac nostrum delectatur aeuum, in sua deriuando commoda. Hinc neglectis curialibus genio saeculi attemperatis aduersae quoque ab his, qui laesionem inde colligunt, et protestationem continentem emittuntur in publicum scriptiones: quum tamen neque de PRINCIPIS ipsius [circa curialia] formanda iussu neque de animo laedendi fati constet. Quodsi ergo determinata non sint curialia inter nationes certas, haud inepte dubitandum erit, num scriniariorum et eorum, qui ab epistolis sunt, ingenium figendis vel refingendis par sit iuris gentium tabulis et ea, quam hae requirunt, polleat auctoritate.

## §. XIII.

Speciales  
meditationes  
de curialibus  
Regum.

Generatim haec de curialium natura; primariae lustrandae nunc personarum, quae gubernio ciuitatam insignes, vel harum loco deputatarum classes. Summum inter eas locum tenent REGES, quibus de eodem curialium modulo haud ubique conuenire obseruamus. Non omnes CAESAREM sequi REGES in agnoscendis dignitatibus culturae ex iis fluente, cuius pro percepto liquet ex tardataque ex iis morataque in nonnullis aulis, immo alicubi per decennium et diutius adhuc in controuersia iacente REGII, ad quod D. FRIDERICVS I. PORVSSORVM SEBASTOCRATOR. euectus, fastigii suadplaudente D. LEOPOLDO IMPERAT. euectus, fastigii suspicien-



spiciendi declaratione. Hoc tamen loco admodum oportuno monendum videtur, quod in alio errore Galli quidam haereant scriptores, qui REGIARVM praerogatiuarum fruitionem ab IMPERATORE ratam haberi nullatenus posse censent absque REGIS CHRISTIANISSIMI auctoritate. Ita VIR eaeteroquin DOCTISS. DN. LE COQ DE VILLERAI 64): *Ce Droit d'accorder le titre de Roi, que les Empereurs conseroient jadis à leurs Vassaux et Grands Feudataires, n'est plus d'usage aujourd'hui; car il faut remarquer, que présentement aucun Prince quelque puissant qu'il soit, et qui gouverne ses Etats en souverain, ne peut de son chef ni de sa propre volonté s'ériger en Roi: certé faculté accordée aux Empereurs est donc susceptible de bien des restrictions, et s'il plaisoit à un Empereur de donner le titre de Roi à un Feudataire de l'Empire, il lui faudroit nécessairement le consentement de toutes les Teres couronnées, et particulièrement celui du Roi de France, qui a sans contredit, la préeminence sur tous les autres, autrement il ne seroit reconnu d'aucune Puissance étrangere.* Certe siue ad publici iuris Germanici siue ad vniuersalis principiorum amussim haecce exigas, deslectentem in deuia deprehendes auctorem. Neque enim in dignitatibus conferendis, quatenus clientelari nexu IMPERIO iunctos iis donat, exterorum Principum ad stipulatione

E 3

indi

64) *Traité Historique et politique du Droit Public de l'Empire d'Allemagne Chap. XIX. p. 107.*

indiget IMPERATOR, neque eadem in consensu, quem imperantibus aliis independentibus circa vindicationem axiomatis praestantioris praebet, opus est. Etenim in posteriore visione libertate gentibus quibuscunque communi in agnoscendis vicinarum nationum honoribus vel in recusatione eorundem ab aliis cultorum vitur IMPERATOR, non minore GALLICIS REGIBVS pro arbitrio hac in re agentibus iure; immo incongruum foret, negare IMPERATORI hanc' rerumpublicarum omnium, monarchicarum aequae ac optimatibus populoue integro reclarum, facultatem, quam PORVSSICI REGNI agniti historia firmat. Priorem vero inspectionem quod attinet, solis IMPERII PROCERIBVS, quorum praerogatiuis periculo damnoue esse posset mutatio, relicta est tam iure publico vniuersali, quod quamlibet rempublicam suis legibus viuere iubet, quam fundamentalibus IMPERII pactiōibus contra dignitatis largitionem nitendi potestas. Sed in viam redco. Mores quoque gentium non perinde probant praecellentiam regnorum ob antiquiorem diadematis REGII vsū; quin potius opportunitati occasionis accommod esse statuunt personarum dignitate augusta pollentium ordinem. Pacificationum instrumenta, foederum tabulae, de limitibus prouinciarum regundis in itae conventiones satis ostendunt, haberi saepius in ordine paciscentes enumerandi rationem eius, qui in bello victor vel alias potior extitit, et hinc fortunae maiores esse partes quam

quam antiquitatis insignium augustalium; illustri pacis  
Dresdensis exemplo. Nulla inter gentes praeceundi loco-  
ue cedendi aliis norma praeter conventiones, quibus ius  
gentium obligationem perfectam inducens conficitur.  
Consuetudine regulas certas constitui tunc demum dici  
poterit, si vera adsint consensus taciti argumenta, quae  
tamen meris ex factis elici nequeunt sine contradictionis  
momentorum sibi inuicem obstantium nota.

## §. XIV.

Conquesti erant ELECTORES TREVIRENSIS, COLO-  
NIENSIS, BAVARICVS et PALATINVS tam ore  
quam in scripto *pro Memoria* ad Legatum Daniae Ratis-  
bonensem misso de titulis iusto vilioribus (*gerin-  
ger mirbin unannehmlicher Titulatur*) quos REX DANIAE  
in litteris natiuitatem PRINCIPIS REGII hereditarii signi-  
ficantibus ad ELECTORES COLONIENSEM et PALATINVM  
perscriptis adhibuerat, scilicet *Hochwürdig* et *Durchlauch-  
tig*: quum tamen IMPERATOR pariter vti alii REGES  
axiomate *Hochwürdigst* et *Durchlauchtrigst* ipsos insignirent.  
Immo ELECTOR COLONIENSIS litteras haud aperuerat,  
sed intactas Secretario Legationis suae Ratisbonensis trans-  
miserat <sup>65)</sup>, omnes autem dicti ELECTORES commercii lit-  
terarii cessationem indicebant, nisi ipsorum satisfaceret de-  
siderio. Fidem dabat Legatus, MONARCHAE relaturum se  
et

De mutuis  
REGVM et  
ELECTO-  
RVM curia-  
libus.

65) *Faber Europ. Staats-Canzeley Tom. L. Cap. XXIII. n. i.*

et apud ipsum causam ELECTORVM semet esse acturum. Stanti promissis Legato REX Fridericoburgi d. 28. Februar. 1727. respondit 66): *Ob wir nun zwar keinesweges nöthig hätten, uns an vorermeldte geschehene sehr befremdliche Declaration zu kehren, allermassen dasjenige, so von denen andern erwehnten gecrönten Häuptern denen besagten 4 Churfürsten theils per pacta et conuenta zugestanden worden, als eine nothwendige Nachfolge von uns gar nicht praetendiret werden kan; So haben wir dennoch aus besonderer fürmebrgedachte 4 Churfürsten begender Freundschaft und Affection, und da wir in allen Facilen mit denselben in guter und dem Römischen Reich nützlich und erspivesslicher Correspondenz zu leben gemeinet seynd, uns nunnebro nicht laenger entlegen wollen, ibrem Verlangen zu deseriviren, und ihnen nach diesem das Praedicat von respective Hochwürdigst und Durchlauchtrigst an statt der bisher gebrauchten Titulatur von Hochwürdig und Durchlauchtrig beyzulegen: Gestalten Du dann solches denen mehr ermeldten 4 Churfürstlichen Gesandten zu erkennen zu geben, dem Chur-Trierischen Gesandten aber en particulier anzuzeigen, das der Chur-Fürst sein Herr uns bishero nur das Praedicat von Durchlauchtriger Grosmaechtriger gegeben, hingegen die übrigen drey Churfürsten von Cöln, Bayern und Pfaltz uns, wie billig, die Titulatur von Durchlauchtrigster, Grosmaechtrigster bestaendig beygeleget haetten, hochgedach-*

ter

66) Faber loc. cit. n. 2.

ter Churfürst von Trier also auch künfrighin das Prae-  
 dicat Durchlauchtrigster, Grosmaechtrigster geben müsse,  
 wann ihme von uns hinwiederum der Titul von Hochwür-  
 digst und Durchlauchtrigst gegeben werden solle. Recte et  
 supremo imperanti condigne argumentatus CIMBORVM  
 AVTOCRATOR docet, pari in parem nullam competere  
 legislatariam potestatem, moratarum nationum et, qui his  
 praesunt, Principum vel omnium vel plurimorum ad imi-  
 tationem non teneri rempublicam, quae pacto singula-  
 ri se haud obstrinxit, passionibus vero dirimendas  
 nuncupationum inter ciuitatum rectores causas, alias va-  
 riam esse totius negotii incertamque faciem, demum ex  
 vtriusque decidentis voluntate statuendas esse leges con-  
 uentionis. Non indigna memoratu LVDOVICI M. GAL-  
 LIARVM REGIS cum PALATINO ARCHIPRINCIPE con-  
 tentio, quum ille REGIO haud satisfieri existimaret cultui  
 praemissa litteris ab ELECTORE ad ipsum exaratis ad-  
 pellatione *Monseigneur*. Recusabat ELECTOR honorificum  
 verbum *Sire*, quod aequalem REGI vel parum inferio-  
 rem eo se iudicaret: sed lis tandem expirauit REGIS  
 ad nutum composita, et introducto compellationis mo-  
 do, quem ipse postularat. Inconuulsa itaque non sunt  
 principia, quibus paritas dignitatis parem quoque formula-  
 rum saluis dicendae cultusque designandi obseruationem  
 censetur procreare. Tantum abest, vt inexplicabilis  
 visa fuerit LVDOVICO M. vel aliis vnquam REGIBVS  
 F  
 CHRI-

Stan-  
 727.  
 rten,  
 rion  
 er-  
 rsten  
 eine  
 diret  
 für  
 Af-  
 gu-  
 cher  
 nicht  
 iven,  
 och-  
 uch-  
 yzu-  
 rten  
 dem  
 gen,  
 rae-  
 nge-  
 und  
 ser,  
 ch-  
 ter



CHRISTIANISSIMIS fastigi ELECTORALIS CUM REGIO  
 affinitas, vt potius *Fratrum* nomine ELECTORES coho-  
 nestare non ambiguerit laudatissimus GALLIAE MONAR-  
 CHA. Vtrumque vero acclamationibus follemne voca-  
 bulum, *Sire* et *Monseigneur*, aliquam eius, qui iis ex-  
 cipitur, indigitare videtur eminentiam, quum neutro  
 vtatur REX in REGE salutando. Sanctum AVGVSTISSIMIS  
 GALLIARVM DOMINIS naturae dictamen, sanctae et ratae  
 aeternumque valiturae conuentionum tabulae, sed minus  
 probabilia gentium iuris omnem terrarum orbem stringentis  
 capita; quippe quae, certe interpretum ex mente, nihil  
 disponunt de tot tantisque dignioribus GALLICI princi-  
 patus documentis, pactionum quum disertis verbis tum ta-  
 cita consensione initarum vigore competentibus, quae  
 pluribus deduxerunt BERNARDVS DE GIRARD SEIGNEVR  
 DV HAILLAN, 67) IOAN. DV TILLET, 68) LAVR. BOV-  
 CHELIVS, 69) STEPH. PASQUIERIVS, 70) ANT. DE MONT-  
 CHRETIEN, 71) HIER. BIGNONIVS, 72) LVDOV. DEMAYER-  
 NE-TVRQVET, 73) FRANC. RAGVELLVS, 74) ET CAR. BRE-  
 TVS

67) de l'Etat et Succès des Affaires de France.

68) dans le Recueil des Rois de France, leur couronne et maison.

69) dans la Bibliothèque ou Tresor du Droit François.

70) libro, qui inscribitur: Recherches de la France.

71) dans l'Oeconomie politique.

72) de l'Excellence des Roys et du Royaume de France.

73) Libro VII. de la Monarchie aristo-democratique.

74) dans l'Indice des Droits Royaux.

75). Horum volutare commentarios vtilitatis vbertas ad gentium instituta attento non minus suadet aclectionem eorum, quae Gallicarum causarum publicarum propugnatione defensioneque celebres AVBERIVS, PVTEANVS, CASSANVS proferunt et probatissimus Genealogiae Francicae Barrique Campano Francici adsertor BLONDELLVS.

## §. XV.

Suppetunt alia de titulis REGIIS obseruanda. Fa-Obferuat. de titulo-  
rum Regio-  
rum prisco-  
rum factu  
nec non  
de axioma-  
te maiesta-  
tis.   
stum spirant, quae orientis imperantes in curialibus sibi  
ipsis praecipue adscribunt, verborum ornamenta, inde-  
que, quod Europae nationibus et Principibus praestan-  
tiores se suosque iudicent populos, innuere videntur. In-  
tolerandae tamen superbiae argumentum non praebet flo-  
rentissimus iste in singulis verbis modus. Student enim  
sitae ad nascentem diem gentes pompae, student speciei  
in caudicibus, decoratum figuris litterarum scribendarum  
genus politissimum ducitur, quum plurimis exortiuarum  
partium incolis summam, vt TVLLII huc transferam  
verba, copiam facultatemque dicendi largita sit natura.

F 2

Alia-

- 75) *de la Souveraineté du Roy. Iunge his praeter alia Antiquités et Recherches de la Grandeur et Majesté des Roys de France nec non IO. FERALDVM de Priuilegiis Regum Franciae et GOTHOFREDVM de la préseance des Roys de France.*

Aliarum quoque plagarum habitatores venustissima efferre solent oratione et laudibus onerare in verba coactis tumidiora. PERSARVM IMPERATORIS nuntius ad HOLSATIAE DVCEM pridem missus litteraeque pro concilianda fide ab eodem perlatae, inprimis vero eiusdem IMPERII Legatus, qui LVDOVICI M. ad mortalitatis finem tunc prope accedentis visendi causa Galliam petierat, specimen sunt. Posteriori huic MEHEMETO REZA REGIO pari dictionis adparatu superbam regesserunt et superfluentem orationem Galli, praesertim LIB. BARO DE BRETEVIL, qui REGI a summa erat rituum et sollemnium directione. Sed mirari omnino desinunt, qui IMPERATORVM ROMANORVM leges *Codice Nouellisque* comprehensas fabricantium norint elogia singularem prodentia animi elationem, quibus merito iunxeris titulos, quos illi CAESARES tam Episcopis quam magistratus amplioris gestione celebribus viris, ipsorum tamen scepra verentibus, largiter adhibebant: quam in rem B. DNI A LVDEWIG, 76) GV THERII, 77) PANCIROLLI, 78) et IAC. GOTHOFREDI 79) commendanda sunt opera ad intellectum nuncupationum honorificarum, labentis iam latinitatis foetuum, proficua. Quin

FRAN-

76) *in Vita Iustiniani M.*77) *de officiis Domus Augustae.*78) *Notitia Dignitatum Imperii vtriusque*79) *Notit. dignit. Imper. vtriusque ex Codice Theodosiano ed. IN-  
LVST. DNI RITTERI.*



FRANCIAE REGES, NOVI ROMANO-FRANCICI dein ROMANO-GERMANICI IMPERII Statores, MEROVAEI, PIPINI, HENRICI AVCVPIS sanguine profati in formulis laudes ipsorum gloriamque concelebrantibus, quae monogrammaticis typo adscribebantur, quasi in peropportuno quodam requiescebant diuersorio. *Sanctissimos, verè piissimos, gloriosissimos, inuictissimos, Triumphatores, semet adpellantium Monarcharum, eorundemque Celsitudinem, Serenitatem, Magnitudinem, Excellentiam, Gloriam* ipsorum praedicantium exempla copiose admodum exhibent MABILLONIVS 80), GODOPREDVS ABBAS GOTVICENSIS 81), CONRINGIVS 82), TENZELIVS 83) et LYDOVICVS LE BLANC 84). Neque Franciae et Germaniae imperantibus tantum familiaria deprehenduntur propriae virtutis potentiaeque praeconia, sed MABILLONIO obseruante ROGERIVS REX SICVLORVM titulo vsus est, ROGERIVS *in DEO fidelis, potens Rex, Christianorum adiutor*. Similem in modum BELA IV. REX HUNGARIAE in diplomate, quo Teutonicae militiae Equitibus Kastelensem, Sukensem et Zelanum terrarum tractus cessit, anno C10CCXLIV. condito *Regalis Excellentiae* ad se suosque

F 3

respi-

80) *De Re Diplomat. Libr. II. Cap. VI.*81) *Chronic. Gotuicenf. Tom. I. Part. I. Libr. II. frequenter.*82) *Censura Diplomatis Lindauensis*83) *in Vindiciis Conringii.*84) *dans la Dissertation Historique sur quelques Monnoies de Charlemagne*

respiciens successores iniecit mentionem 85). PROCERES GALLICOS pariter ac GERMANICOS, immo vilioris longe conditionis homines, adfectasse splendorem titulorum, utique stupent ad eiusdem MABILLONII testimonia attenti. *Maiestatis* emblema DVCEs et COMITES, atque ecclesiastici ex ordinis personis SVMMVM PONTIFICEM, ARCHIEPISCOPOS, et EPISCOPOS sibi met arrogasse, e documentorum aevi medii suffragio praeter MABILLONIVM effecit CAR. DV FRESNE latinitatis mediae et infimae voces recensens. Ultimam verborum augustales aliosque honores designantium, praecipuorum ad minimum, originem SCHVRTZFLEISCHIVS ac DN. DE LVDEWIG in *Augusti* et *Maiestatis* emblemata peculiaribus inuestigarunt inquirentes tractatiunculis, quorum ex dictis non potest non addi pondus memoriae capitum a gentibus definitorum recolendae.

## §. XVI.

Observat.  
de titulo  
Regiae  
Celsitudi-  
nis.

*Regiae Celsitudinis* axioma, quo pridem REGES summa pollentes et independenti a nutu aliorum potestate, nuncupari solebant, proximum nunc iudicatur illis vel certe inter primaria ponitur, post REGALIS indicia fastigii, ornamenta. Persuadent sibi gentium iura deficientes, REGIO femine procreatos gaudere cimelio hoc, si constet de diademate maiorum decorante ceruices. Sed aulae auctoritatem adpello Gallicae, quae contrarium euincit

85) ap. DN. FRID. DE DREGER *Cod. Diplomat. Pomeran. Tom. I. n. 162.*

euincit circa necessarium tituli vsu, REGII scilicet sanguinis PRINCIPIBUS formula *Altesse Serenissime* compellatis. Inuerso autem casu DUCIBUS SABAVDIAE REGIA SICVLORVM et SARDOVM scepra nondum tenentibus, vti quoque MAGNIS HETRVRIAE DUCIBUS, et his quidem IMPERATORIORVM largitione codicillorum competiisse CELSITVDINIS REGIAE nuncupationem, tanquam argumentum historiae scimus haud ignobile. ALLOBROGVN PRINCIPES ideo forsitan vindicasse sibi insigne hoc censueris, quod *Regno Cyprorum* ipsis asserendo tituloque REGIS CYPRORVM conuenientius duxerint. Verum deficiebant tunc in his aequae vti in TVSCORVM PRINCIPIBUS venerationis et coronationis sollempnia, immo DVCALI axioma REGIVM postponebatur titulo. Dubiumne ex hac erit visione absoluta dignitatis REGIAE prae ELECTORIBUS, quibuscum secundum ipsa publicorum IMPERII iurium fundamenta de loco non contendere debebant SABAVDIAE DVCEs, vt et prae aliis suprema atque independente potestate pollentibus PRINCIPIBUS praelatio, quam alioquin iure gentium fundatam adstruant. D. CAROLO FRIDERICO DVCI HOLSATICO GOTTORPIENSI sacra auctoritate peculiari III. Kalend. Sept. cIoIcccxxv. concepta 86) D. CAROLVS VI. ROM. IMP. indulgit *Celsitudinis Regiae* adpellationem, cuius priuilegii haec potissimum tenenda sunt verba: *die besondere Kayserliche Gnade*

86) Faber *Europ. Staats-Canzeley* Tom. L. Cap. XXIV. n. 1.

de gethan und gnaedigst bewilliget, das nicht allein Sr. Lbd. und Dero in der Hollstein-Gottorffischen Regierung folgenden ehelichen Leibes-Erben und deren Ministris und Gefandten an unsern Kayserlichen und andern fremden Hofen bezeigende gewöhnliche Ehren erwiesen sondern auch Sr. Lbd. das Praedicat oder Titul KÖNIGL. HOHEIT im Lateinischen REGIA CELSITVDO beygelegt werde. CAESAREAM haecce largitionem litteris DVX nuntiabat pluribus IMPERII PROCERIBVS, quos pro adpellatione in posterum ipsi adhibenda singularibus adibat precibus 87), VI PRINCIPVM ad stipulationem IMPERATORIAE iungeret concessioni. AVGVSTISSIMVM SCANDINAVIAE REGEM ADOLPHVM FRIDERICVM DESIGNATI adhuc REGIS honoribus et exspectatione ciuium florentem, REGIAE CELSITVDINIS titulo, qui SERENITATIS (*Hochfürstlicher Durchlaucht*) adpellationi surrogabatur, fuisse ornatum, non minus notum est ac SERENISSIMI RVSSORVM IMPERATORIS DESIGNATI seu MAGNI PRINCIPIS encomium IMPERATORIAE CELSITVDINIS; licet adoptatis istis nuncupationibus haud praemissa fuerit diadematis impositione inauguratio, et neuter horum PRINCIPVM patre editus sit REGE. Antiqua quidem vtrique stirps REGIA, et imagines REGVM plurimae: sed his non obstantibus tam SVECORVM REGIS patri quocunque tempore quam RVSSORVM ARCHIPRINCIPIS patri ante conuentionem de titulo *Regiae Celsitudinis* cum

87) *Europ. Staats-Canzel. I. c. n. 2.*

cum CAESARE sancitam pari cum reliquis IMP. PRINCIPIBUS iure *Serenitatis Ducalis* adscribatur formula. Statuunt itaque imperantes de modo se suosque nuncupandi, statuunt de eodem imperia intuitu Principum, quibus destinant gubernium, assensum exteræ præbere solent gentes atque adplausum, si paci studeant neque contradicendi in ipsis sit ratio. Dicta confirmat D. FRIDERICI IV, CIMBRORVM REGIS exemplum, qui secundam coniugem gente COMITEM REVENTLOVIAM et REGIIS codicillis DVCEM SLESVICENSEM non statim, vbi thoro sociavit, REGIO admouit fastigio, verum aliquamdiu citra vnctionem et coronationem *Regiæ Celsitudinis* insignire iussit REGIAEQUE CONIVGIS nomine, donec ipse eam declarasset REGINAM *Maiestatis* voce colendam. Quo innotescat exteris Rebuspublicis consilium imperantis de mutando suo aut suorum titulo, siue scriptis certiores inde redduntur, siue nuntiis publicis, qui in aula imperantis versantur, res exponitur, nuperimo REGIS SVECIAE nomen *Madame Roiale* FILIAE REGIAE proprium constituentis specimine.

## §. XVII.

Proximæ censentur REGIBVS, inferiores tamen, Respublicae liberae, non omnes sed nonnullae, quarum praecedendi ordinem nondum constantibus huc vsque definitum regulis, quacunque perspicimus occasione, neque

Animad-  
uersiones  
de curiali-  
bus Rerum  
publicarum  
liberaram.

G

neque

neque difertae suppetunt satis pactiones. Fatentur ii ipsi, qui pro iure gentium vniuersali verba faciunt, diademata REGVM haud largiri prae ciuitatibus summa libertate gaudentibus, siue optimatum siue comitorum popularium decretis dirigantur, secundum ius publicum vniuersale praerogatiuam. De perfectionibus et commodis formarum, quibus ciuitates differunt, neque politica ex arte neque ex memoria gestorū disputandi otium hic est vel occasio, vt igitur disquiri iam non possit, an status monarchicus nobilior sit aristocratico ac democratico; quod vltimum esse solet adfertae REGVM omnium praecedentiae fundamentum. Id solum silentio tramittendum non est, quod nonnulli gentium iuribus vniuersalibus patrocinales in luculenta ELECTORVM cum REGIBVS aequalitate de Rerumpublicarum quarundam loco priore disputent, quod alii SVPREMOS DVCEs, qui monarchico prouincias moderantur imperio, anteferi haud aequum iudicent ciuitatibus certis, quum tamen caeteris rebus publicis liberis aequè dignum non vindicent locum. Videamus, quae quum conuentionibus tum consensu pridem obtinuerint et passim adhuc valeant. Athenarum, Romae et aliarum REGIBVS olim obsequia imperantium eosque summi honoris nomine ciuitatis iure donantium exempla Rebus publicis, quas dicunt liberas, fauere videntur. OLIVERIO CROMVELLO summa rerum ANGLICARVM potite viguit nationis et rei BRITANNICAE publicae auctoritas illa, quam monarchico sub gubernio sibi conciliauerat, nisi

nisi maior, certe nec ei secunda. Sic non minor legationi eiusdem ad Gallos, ad alios plures exhibebatur honor ac antea et post restitutam dignitatem REGIAM: vti pariter a GALLIARVM REGE ad Britannos CROMVELLO parentes primi ordinis Legatus DVX DE CREQVI mittebatur. VENETORVM ac GENVENSIVM contradictiones non desunt, qui necessitatem loco cedendi sibi inuitis iniungi non posse autumant. *Capitulatione* quidem CAESAREA vindicatur ELECTORVM ius praece-dendi REIPVBLICAE VENETAE; sed de REGIBVS quidem vbique, inprimis in actibus, qui in IMPERIO et in CAESARIS expediuntur curia, primum competere locum ELECTORES contenderunt, et exempla, vnde consensus REGVM, certe quorundam, tacitus, simulque iuris gentium voluntarii particularis inferri poterit sanctio, perhibere videntur firmamentum. Caeterum in eo verti cardinem disceptationis persuadent sibi Respublicae liberae, quam considerandae sint ratione summum imperium sustententes personae in ciuitate quum aristocratica tum democratica. Integrum spectandum esse collegium vel minus optimatum vel maius totius populi in comitiis congregati et, qui huius diuersarumque eius classium vicibus funguntur, deputatorum, volunt: quum tamen personae istae secundum natales vel dignitatem singularum ex ipsis aestimari soleant a scriptoribus et monarcharum consiliatoribus, quorum alios ignorantiae iuris publici vniuersalis alios ad-

fectionis huius arguunt: vt adeo carpendus haud censeatur quibusuis BVRGVS in adserenda laborans *Maiesate* GENVAE. Neque recensitis his argumentis neque contraria tela, quarum aptissima collegit B. DN. DE LVDEWIG, 88) iaculando litem meam facio 89): sed, quo distinctius gentium statuta de curialibus Rerumpublicarum liberarum ponderari possint, haec attingenda fuere. REGES ipsi *Praepotentium* ornare titulo FOEDERATI BELGII ORDINES haud ambigunt. GALLIARVM vero REGI tantum vocantur *Très-Chers et très-Grands Amis, Alliés et Confédérés*, aequae vti MONARCHAE huic nec aliorum REGVM more abstracto, quod dicunt, *Ev. Hochmoegenden* siue *Vos Hautes Puissances*, sed simplici voce *Vous* eos compellasse, deprehendimus familiare. Protestatione et reseruatione iuris circa titulos competentis, quam alias interponere solent, qui laesos indigna se iudicant nuncupatione, BATAVOS causam suam egisse, non constat: vnde differentem in titulorum et honorificarum adpellationum negotio intelligimus vsu ac tacitum REIP. BELGICAE de titulo, quem REX GALLIARVM ipsi adscribit, acceptando consensus. Quamuis etiam honestatis amplitudinisque gratia nominandi sint ORDINES isti GENERALES inter libera-

88) *Commentar. ad Aur. Bull. Tom. I. p. 617. sqq.*

89) De pluribus eiusmodi quaestionibus sententiam dicit BESOLDVS *Diff. de Praecedentia et Sessionis praerogativa.*



berarum gubernatores Rerumpublicarum, saepe tamen GALLIAE Legati in iisdem salutandis neglexere adpellationem *Praepotentium*, et loco formulae, *Hauts et Puirsans Seigneurs*, vnicum vocabulum *Messeurs*, pariterque abstracti, *Vos Hautes Puissances*, vice *Vous* quum scripserunt tum in Senatu perorantes vsurparunt. HELVETORVM contra PAGORVM Magistratibus in comitiis sociorum foederis congregatis et aliis, ad quos litterae publica negotia concernentes perueniunt, FRANCIAE nuntii haud negarant nuncupationem *Magnifiques Seigneurs*: quam nemini lateat, BELGIO FOEDERATO dignitate longe inferiores haberi HELVETOS PROCERES et ipsos cum BATAVIS de loco vix certare; indubitato argumento collisionis eorum, quae vulgo iure gentium nixa traduntur, principiorum de praestantia tituli accommodanda imperantium ordini dispositione gentium introducto, ac de Rerumpublicarum in senatu gentium sessione. IMPERATORIA Cancellaria etiam post signatas Osnabrugensis pacificationis tabulas HELVETOS vocat *Ihr*, REGES autem eosdem adpellant *die Herren* vel *Dieselben*: siquidem vtramque compellendi rationem CAESAREA ignorat officina epistolaris. Quae tamen in verbis honoris atque humanitatis differentia non obstat mutuae, quam IMPERATOR et REGES inuicem testantur adscripto *Fra-rrum*, *Maiestatis*, *bonorum Consanguineorum* similibusque blandis vocabulis, dignitatum aut aequalitati aut affinitati.

REGIBVS *Augustissimorum Potentissimorum et longe Clementissimorum* elogia tribuunt ALEMANNIAE SVPERIORIS PAGO (Germanice *Allerdurchlauchtigste, Grosmaechtigste et Allergnaedigste*) BATAVORVM VERO RESP. iisdem, quae exhibent HELVETI, curialibus REGES non excipit, quod infinitae loquuntur scriptiones, vbi hos tantum SERENISSIMOS et POTENTISSIMOS (*Durchlauchtigste Grosmaechtigste*) et loco *Allergnaedigste* formula *insonders Hochgeehrteste* salutat ORDINVM totius BELGII FOEDERATI congregatio, quam posteriorem nuncupationem ELECTORIBVS quoque communem statuit Senatus iste, quos aequae ac PRINCIPES IMP. ad minimum plerosque horum, *Clementissimorum* nomine (*Gnaedigst*) venerantur HELVETI. Vbinam ergo certa viget norma, vbi constans adest vsus in eiusmodi momenti, quum pari insignes immunitate tam dissona foventur principia? Licer autem REIP. HELVETICAE tam integer confessus quam singulorum pagorum magistratus demisse colant clementiam REGVM itemque AVGVSTORVM et EXCELSISSIMORVM IMPERII PROCERVM, saepeque repetant flores sermonis *Gnade, Huld, Clemenz, (allergnaedigster vel gnaedigster Befehl)* in epistolis ad imperantes istos directis, nihilofecius gubernio pagorum fungentes personae in subscribendis paginis non adeo indulgent obseruantiae argumentis, quum potius ad seruitia et officia tantum paratos, aliquando et paratissimos sese profiteantur, vtpote *Er. Koenigl. Maiestaet* vel *Er. Chur-*

*Churfürst. Durchlaucht dienstwilligste, Em. Fürstl. Durchlaucht*  
 item *Em. Fürstl. Gnaden dienstwilligste vel dienstwillige*. Hoc  
 ipso modo amicitiae fidem sancire consueuerunt et coniun-  
 ctionis cum nuntiis summorum imperantium et oratoribus  
 PROCERVVM GERMANIAE Ratisbonam missis. Gallicas vbi subno-  
 tant litteras, respondens illis verbis Germanicis adhibetur for-  
 mula *les très-affectionnés à Vous servir*. Colligo ex eiusmodi  
 dictionis genere, vacillare totam et claudicare iuris gen-  
 tium voluntarii vniuersalis regulam de perpetuo et omni-  
 bus in momentis attendendo axiomatum diuersorum ab  
 imperantibus adscitorum discrimine. Haud rara cœuia  
 sunt exempla nuntiorum publicorum HELVETICOS MA-  
 GISTRATVS non nisi *Hoch-und Wol-Edle* compellantium,  
 etsi REGVM PORVSSICORVM et BRITANNICORVM ad  
 eosdem extent viros epistolae, quibus salutantur *Wolge-  
 borne vel*. Aegre tamen ex hac testimoniorum humani-  
 tatis discrepantia ad scribentium praerogativas struxeris  
 argumentum: quod vitium alias non infrequens est in-  
 ter illos, qui eminentem prae aliis tuentur. Rerumpubli-  
 carum quarundam dignitatem.

## §. XVIII.

Perutilem certe agunt operam, qui formam et in De curiali-  
 dolem IMPERII ROMANO-GERMANICI ponderant in de- bus, quae  
 finiendis curialium, quae inter gentes vsu venerunt, fun- determi-  
 damentis. Praestantior SENATORIBVS REIPUBLICAE hu- nantur ex  
 ius indole  
 Reip. Ger-  
 manicæ.

ius partim Augusti partim illustris ordinis auctoritate ornatis IMPERATOR signa edit maiestatis et eorum, quibus stipulatione IMPERII fruitur, praecipuorum: ut nunquam ex curialibus aliisque verborum conceptionibus potestatis limitibus haud circumscriptae capi possint indicia. COMITES IMP. quos REGES exteri *Cousins* nuncupare consueverunt, honorifico quidem verbo *Hoch- und Wolgeborne* in exordio litterarum vocat, tenorem autem reliquum ita perscribi scimus, ut ii *Du* adpellentur. ELECTORES, quos *Fratrum* et aequalium nomine obseruant REGES, quibus praecundi gloria praec plerisque aliis supremis et independentibus expressa tacitaue pactione data principibus, nihilominus *Clementissimum* (*gnaedigst*) venerantur CAESAREM, seque eidem subiectionis lege deuotissimos (*unterthaenigste*) profitentur. Quin PRINCIPES IMPERII verbo honoris *allerghaedigster Kayser und Herr*, et subscriptionis formula *Em. Kayserlichen Maestaet allerunterthaenigster treugehorsamster Reichs-Fürst und Diener* vtantur, quo et ritu quosdam ELECTORES contra morem ARCHIPRINCIPVM ad IMPERATOREM dedisse litteras, rerum docent monumenta. Quis, quaeso, non senserit, tantam in suspiciendo culmine IMPERATORIO diligentiam vna cum eo rescriptionum CAESAREARVM dicendi genere, quo sese clementissimum et PROCERIBVS benignissimum, hos autem sibi submissos et obsequentissimos testatur IMPERATOR, niti statu rerum Germanicarum domestico, et merito ad schemata, quae dicunt

dicunt, Maieſtatis referri: ſiquidem REGIBVS officia exhibenda voce *Freundwilliger* vel *Dienſtwilliger* ELECTORES non minus ac PRINCIPES offerunt, et ſufficit coluiſſe iſtos verbis *Hochgeehrteſter* vel *Inſonders Hochgeehrteſter*, REGES vero iterum his vocabulis tam IMPERATOREM quàm ELECTORES, ſaepe et PRINCIPES IMP. condecorant. Conuentionibus hac in re locum eſſe, ſatis perſpectum habemus ex mutato ELECTORVM titulo, qui antiquitus *Ebrwürdige* et *Hochgeborne*, dein *Ebrwürdige* et *Durchlauchtige*, mox *Hochwürdige* et *Durchlauchtige*, demum Reuerendiſſimi et Sereniſſimi (*Hochwürdigeſte* et *Durchlauchtigſte*) capitulatione CAESAREA diſponente nuncupantur: quemadmodum PRINCIPIBUS IMP. antiquitate ſanguinis Ducalis fulgentibus communis facta codicillis IMPERATORIIIS adpellatio *Durchlauchtig. ABBATVM*, qui alias *Ebrſame* nominantur, nonnulli a CAESARIBVS ſalutantur *Ebrwürdige* PRINCIPIBUS IMP. ECCLESIASTICIS parem adepti circa titulos ſortem. COMITVM IMP. priſtinus titulus *Edel* reſcriptorum CAESAREORVM promiſſione iam debetur iis in album ordinis equeſtris immediati relatis perſonis, qui Liberorum Baronum dignitate non ſplendent, vtpote quibus poſterioribus ex ſponſione ſcribitur *Wolgeborne*; collegiis vero Nobilium IMPERII immediatorum integris conceſſere IMPERATORES axiomata *Wolgeborne und Edle*. Ex aduerſo COMMITIBVS IMPERII regnantibus et iis, qui CAESAREA

H

id

id praecipui nacti sunt munificentia, tribuitur nuncupatio *Hoch- und Wolgeboren*, de cuius ad COMITES honore hoc recenter donatos translatione conquesti COMITES terrarum IMPERIO absque intercedente aliorum nexu subiectarum potentes IMPERATORIAM de restringenda in posterum erogatione ista impetrarunt promissionem, ne scilicet stemmate alias parum illustri oriundae gentes insigni illa exornarentur formula 91); recusavit interea iis CAESAR proprium PRINCIPIBUS titulum *Hochgeboren*. \*\*

\* Ipsa tamen expediendi negotia publica series in alia omnia ire suadet pariter ac tenor litterarum CAESAREARUM plurimarum citra inscriptionem et sermones quosdam sollemnes consideratus, neque enim legalem in iusionem deflectunt semper verba IMPERATORIA, neque deficiunt ordo genusque dicendi ad requisitionis vel rogationis modum formata. Negligenda quoque non est ambigua pridem obseruantia, quae ex IO. IOACH. MÜLLERI comitialium rerum sub FRIDERICO V. et MAXIMILIANO I. gestarum voluminibus patet, quum incerta inscriptione *Gnaediger*, *Gnaedigster* et *Allergnaedigster Kayser* variaeque subscriptione *unterthaenige*, *unterthaenigste* et *allerunterthaenigste* signaverint litteras ORDINES IMPERII.

\*\* Aliis

90) IO. AD. KOPP. *de Insign. Different. int. S. R. I. Comites et Nobil. Inmed. Sect. III. §. 2. p. 228. §44.*

\*\* Aliis quoque in imperiis de curialibus PROCERVM ad statum Reipublicae attemperandis aliquando actum. Sic ea aetate, qua in Germania et pluribus regnis liberrimus PRAELATIS, COMITIBVS, immo NOBILIBVS DYNASTIS, non immediatis tantum, sed prouinciarum quoque subditis tituli DEI *Gratia* relinquebatur vsus, Primoribus REGNI GALLICI eiusdem sibi arrogandi facultas REGIIS negabatur decretis. Non semper quidem conuenit potentioribus FRANCIAE PROCERIBVS cum sententia MONARCHARVM: vti LVDOVICVS XI. formula ista interdixit frustra DVCI BRITANNIAE. Alia e contrario occasione fluxerunt res ex nutu REGVM. Obtemperauit profecto CAROLI VII. mandato COMES ARMINIACVS memorato carere iussus cimelio. Momentum hoc illustrant versus antiqui repetiti a LVDOVICO D'ORLEANS 91) ita concepti:

*Le feu roy en icelui an,  
A Noël vint faire SA feste,  
Dans la Cité de Montauban,  
Ou il fist receu à grand feste,  
Et FUST DEFENDV en ce lieu  
Au COMTE D'ARMIGNAC de METTRE;  
COMTE PAR LA GRACE DE DIEU,  
Ne s'EN TITULER EN LETTRE.*

H 2

§. XIX.

91) Dans les Ouvertures des Parlemens Chap. XI.

## §. XIX.

De curia-  
libus libera-  
rum Imper-  
rii ciuita-  
tura.

Aequalem esse liberis IMPERII CIVITATIBVS cum caeteris IMPERII PROGERIBVS superioritatem et immunis ab alia, quam quae foedere perplures Germanorum respublicas conglutinante inducitur, subiectione conditionis naturam, e primis publici iuris prudentiae notum est elementis. Nihilominus REGES, ELECTORES, PRINCIPES, conuenientes in maximo IMPERII comitiatu Legati haud exigunt ab aliis PROGERIBVS verba demissum indicantia cultum, quae requirunt in litteris ab immediatarum magistratibus CIVITATVM, licet hi non proprio seu privatarum munerisque publici gestione insignium personarum scribant nomine, sed ipsius vices sustineant ciuitatis regalium pollentis exercitio. Inde in subscribendis epistolis formula priuatis hominibus et alienis detentae ciuitati obsequiis communi vtendum est vel iis IMPERIO immediate parentibus rebuspublicis, quae maxime gloriantur de amplitudine territorii, de splendore officiorum publicorum ac de nobilibus, quin et illustribus, patritiarum gentium profatoribus. Quodsi cum his conferamus a singulorum inter HELVETICOS PAGOS magistratibus profectas litteras, nescio sane, quibusnam gentium praecipis fulcita sit differentia in sermonum et alloquiorum comitate. REGVM nempe animos blando adpellando sermone demissaque obtestatione *allerunterthaenigst* deliniunt atque aliniunt CIVITATVM IMPERIALIVM optimates, quum

ex



ex aduerso eandem rectam capite tiaram gerentes admittant curam parendi a praefectis specialium HELVETIAE rerum-publicarum voce *Dienstwilligst* significatam. In generis personarum officiis perfurgentium claritate ratio poni nequit, quoniam veteris profapiae multarumque et nobilissimarum imaginum praestantia liberarum IMP. RERUM-PUBLICARVM curatores per frequenter vincunt viros summo in magistratu per singularem HELVETIAE districtum constitutos. Neque in eo est quaerendum faventis ALEMANNIAE SUPERIORI consuetudinis robur, quod plane soluta PAGORVM HELVETIAE voluntas, obedientes vero sint IMPERIO CIVITATES IMMEDIATAE. Alligari enim foedere deuinctosque esse IMPERII legibus alios GERMANIAE PROCERES, quos summa HELVETI complectuntur obseruantia, non minus ac CIVITATES IMPERIALES, haud est contouersum.

## §. XX.

Non tenuis refidet scrupulus circa inscriptionum De curiali-  
atque subsignationum festiuitates in litteris, quae conuo- bus quae  
lant ad Legatos ELECTORVM, PRINCIPVM caeterorumque Legatis  
IMPERII ROM. GERM. PROCERVM Ratisbonae comitia ha Procerum  
bentes. Obscurum hac in re atque inexploratum dicta Imp. comi-  
men gentium. Ne recitem iam recensita a SNEEDORFIO tialibus  
elogia, quibus nuntios istos mactant GALLIARVM BRI- adscribun-  
TANNIARVM alique MONARCHAE, benevolentiae tesse- tur.

ras honorisque indicia ornatissima: id saltem urgeo, quod, licet IMPERATORIA ipsa MAIESTAS confessui isti sociatos administratos et consiliarios ORDINVM habita diuersae dignitatis eorum ratione vocet *Ehrsame, Hoch- und Wolgeborne, Wolgeborne, Edle, Ehrsame und Gelehrte*, non raro tamen offerantur iis PRINCIPVM IMP. scripta vel primario loco adpellationem *Wolgeborne* exhibentia, vel hac quoque omissa principem locum titulo *Edle* adsignantia. Alii ELECTORVM et PRINCIPVM praedicant instituentes comitia nuntios *besonders Liebe Herren und Liebe besondere* alii *besonders Liebe und Liebe Besondere*, alii iterum *Liebe besondere*. Salutantur mox in epistolarum tenore *die Herren Grafen, die Herren und Dieselben*, mox *die Herren Grafen, die Herren, Dieselben und Ihr*, ab aliis *die Herren Grafen, Dieselben und Ihr*, ab aliis *die Herren, Dieselben und Ihr*, nunc *die Herren und Dieselben*, nunc *die Herren und Ihr* vel *Dieselben und Ihr*, a nonnullis tandem absque ornatiori additamento *Ihr*: ut et in subnotandis scriptionibus eiusmodi publicis ELECTORES et PRINCIPES non exacta dignitatis ordinisque ipsorum comparatione rectaque collatione instituta, sed pro ingenio sauius amantiusve aut arrogantius scribendi iucunditate delectato, aliquando etiam pro politice ratione, et nonnunquam pro captu consiliatorum vtuntur formulis *Freund-Dienst-bereit- und gutwilliger, Dienst-bereit- und williger, Freund- und Dienstwilliger, Dienst- und gutwilliger, bereit- und gutwilliger, gutwilliger*.

*williger*, et vel una alteraue harum vocum praemissa vel solum *mol-affectionivter*, item modo addunt modo omitunt vocabulum *Freund*.

## §. XXI.

Inexplicabilis res est et implicata controuersis uniuersum negotium nuncupationis et salutationis ministrorum procuraciones apud exteros et legationes subeuntium, praesertim primi ordinis. Litem de iis, quae ex necessaria distinctionis moratiores inter et barbaras nationes consecutione conficiuntur hac in causa, conclusionibus alii ad se accipiant. Ego certe, aut nullam esse carminum in gentes, quae difficilioris naturae morumque asperiorum creduntur, efficientiam aut maxime varias deprehendi imperantium et rerumpublicarum iucunditate naturae et mollitiae humanissima celebrium consuetudines, e rerum gestarum testimoniis perspexisse mihi videor. TURCARVM PERSIAEQVE IMPERATORVM in legatos CAESAREM GALLIAMQUE visentes tantum cumulasse hospites aulas honoris, quantum exhibere solent Europaeorum imperantium nuntiis primi ordinis, peruulgata res est et neutiquam incognita. MEHEMET REZA REGIVS, quamquam acerbitatis et intolerantiae morum frequenter infimulatus, ad GALLIARVM MONARCHAM a PERSARVM REGE an. c. 1604. missus per omnem Galliam, Lutetiae Parisiorum, et in sacro LYDOVICI M. palatio aequali cum aliis praerogatiuae classis

Dubia iuris  
gentium  
circa curia-  
lia legato-  
rum.

classis Legatis excipiebatur pompa elogiisque ornabatur praestantissimis, et, quod in praesentiarum notamus, *Excellentiae* colebatur adpellatione. Sed alia nunc animo affigimus. Legatos et Ministros Principum Rerumque publicarum non eadem vbiuis fortiri honoris verba, monumentorum docet farrago. Primi ordinis nuntius IMPERATORIS, REGVM et ELECTORVM personam repraesentantibus *Excellentiae* titulum ipsos debere Principes et Rerumpublicarum gubernatores, expeditum arbitrantur dubioque exemptum. Verum non adhibet hancce adpellationem Praeses ORDINVM BELGII FOEDERATI GENERALIVM in sermonibus, quos eiusmodi Legatis coram Senatu isto verba facientibus regerit, surrogata potius formula *Monsieur l'Ambassadeur*. Numne ex hoc articulo Praesidis CONCILII BATAVORVM SVPREMI potior PRINCIPIBVS facilioribus colligenda est auctoritas? Porro eorum inter nuntios publicos, qui Ministri plena dicuntur instructi potentia, status promeretur attentionem: quum neque primi neque secundum ordinis accensendi sint Legatis, siquidem nunc horum nunc illorum sibi asserunt iura. Curialia eorum quod attinet, dubiae quandoque erunt existimationis, quoniam *Excellentiae* axioma stricto quidem iure non nisi primi ordinis Legatis tribuendum esse, tacito stabilitum sit haecenus gentium consensu. Ponderus praesertim videtur inesse quaestioni huic iis in casibus, si Ministrorum opera  
ple-

*plenipotentiariorum* vtatur imperans, cui vel omnino negatur vel ambigitur nuntios personam eius repraesentantes deputandi facultas. Clara res est, crebraque firmata animaduersione, Nuntiis a PONTIFICE MAXIMO non ex ipso tantum Purpuratorum Senatu lectis, sed aliis quoque extra consortium hoc eminentissimum constitutis a quacunque republica Catholicis addita sacris primum inter Legatos assignari locum. Verum si Sanctioris Consistorii Pontificii et Ecclesiae Comes negotiis alius imperantis vel reipublicae praeter SVMMVM PONTIFICEM vacet procurandis, sequeretur, certe ex principiis iurisdictionum voluntarii vniuersalis, immo, quem vsus comprobatur, ex consensu gentium quarundam hucusque declarato, digniori in loco eiusmodi Legatum haud collocari reliquos inter ministros publicos legatione fungentes, quam quo mittens Princeps vel respublica secundum passionem siue expressas siue tacitas plurium gaudet in congregatione gentium. Sed quonam tunc praedicandus est nominandusque dignitatis indicio? Siue *Excellentiae* nomen subeat, siue *Eminentiae* titulo exornetur, dubia contra gentium adsunt iura. Vtraque scilicet inspectione *Excellentiae* nuncupatio supra *Eminentiae* verbum videri posset, quum tamen illam alias longe infra hoc esse constet. Quin imperans hospes non obstante praecedendi iure caeteris Legatis titulos adscribit natalibus et honoribus ipsorum accommodos, utpote *Illu-*

I

*strivum*

*stium, Nobilium*, similes, purpura vero Romana fulgentes. *Reuerendissimos Patres* compellat; indubitato argumento, titulorum rationem, quae iure gentium voluntario ad certas existimatur efformata regulas, saepe dissonam esse ac discrepantem ab aliis, quae istius iuris fontes habentur, tabulis. Aequè comparatum est cum Legatis, qui vel REGIAE stirpis consanguinitate vel PRINCIPVM IMPERII ROM. GERM. dignitate fulgent, quum hos aut reliquis nuntiis publicis ab imperante, qui summo alias loco gaudet, missis praeferrere aut his postponi necesse sit. Neutra in visione saluae sunt leges gentium positivae universales. Illa nempe ordo nationum turbaretur; hac autem iterum *Excellentiae* vocem *Celsitudinis* et *Severitatis* axiomatibus digniorem pronuntiari arbitreris contra dictamen analogiae iuris publici et gentium particularis atque observantia aduersante. IMPERATOR ipse PRINCIPEM IMPERII, licet ab externa republica deputatum, titulo *Dr. Liebden* condecorare non desinit, quae nuncupatio mirifice distat et augustior est omnino illa, qua inferioris conditionis Legatos, quamvis personam supremi cuiusdam imperantis exhibentes, MONARCHA honorare solet INVICTISSIMVS 92).

## §. XXII.

92) Plura nascuntur dubia contra iuris gentium universalis statuta circa nuntios publicos iis, qui attentius voluntant  
GODFER. GVILL. DE LEIBNIZ sub persona CAESARINI  
FÜR-

## §. XXII.

Non deficiunt ambiguae significationis tituli, qui De ho-  
 vtrum congruant cum firma et inconuulsa iuris gentium <sup>moymia</sup> curialium  
 norma, mihi quidem non liquet. Adpellatio *Ebrsame*, <sup>qnorun-</sup>  
 quam *Honorabilis* aequiparant nomini, scribendi ge- <sup>dam.</sup>  
 nere Aulae Caesareae familiari mox antefertur titulis  
*Hoch- und Wolgeborne*, *Wolgeborne* et *Edle*, mox o-  
 mnibus his postponitur. Ratio in eo ponenda, quod  
 PRINCIPVM ECCLESIASTICORVM Legatos, quin et  
 PRAELATOS IMPERII neque PRINCIPVM in ordinem re-  
 latos neque titulo *Ebrwürdig* donatos ita nuncupet IMPE-  
 RATOR, praeterea vero omnes alios ordini IMPERII eque-  
 stri immediato non adscripti neque singularibus codicil-  
 lis praecipuum adpellationis *Edel* nacti *Ebrsame* audiant  
 cancellariae IMPERIALI. Non inepte quaeri posset,  
 num ad hanc vocum classem referri mereatur Purpura-  
 tis Ecclesiae Romanae Proceribus a CAESAREA MAIESTATE

I 2

tri-

FÜRSTENERII conscriptum librum de *iure suprematus et*  
*legationis*, IVSTINI PRESEBTAE s. HENRICIDE HEN-  
 NIGES opus, IAC. BRVNEMANNI *Dissertationem de*  
*iure ceremoniali circa Legatos*, IO. GVILL. HOFFMANNI  
*Diff. de observantia gentium circa praeliminaria pacis* et  
 GOTT. SAM. TREVERI *Diff. de iure Statuum Imp. circa*  
*Legatos exteros in comitiis*: vt fileam WICQVEFORTII  
 et MARSELAERII inuitorum nonnunquam ad scopulum  
 adpulsus.

tributum axioma *Hochwürdig*, quod iam eo tempore, quo ELECTORES ECCLESIASTICI tantum *Ebrwürdige* salutabantur, aequae ac *Patrum* nomen a SEMPER AVGVSTIS obtinuerant. Postquam autem eandem vocem *Hochwürdig* ab IMPERATORE stipulati sunt sibi EMINENTISSIMI ELECTORES ECCLESIASTICI, immo hi titulum *Hochwürdigst* fastigio suo, certe intuitu alloquiorum CAESARIS, proprium effecerunt, cardinales tamen Ecclesiae Romanae Sacerdotes et ministri adhuc ab IMPERATORE nominantur *Hochwürdige*: qua de causa neque antiquiori aetate honorificum hocce verbum fundamento inferuire potuit Cardinalibus, controuersiosum existimandi ius praecundi ELECTORVM.

## §. XXIII.

De curialium differentia pro genio linguarum discerpante.

Idiomatis ineunda est ratio in examinanda curialium indole. Exulant, in amplissima quoque fertilique fatis vocum lingua rituli, quibus abundat alia, aut, si non prorsus desit copia inscriptionum et subnotationum exprimentarum, infolitae ad minimum sunt eiusmodi significationes. Sterilis latinitas aurea verborum honoris, quorum fertilissima latinitas recentior a castitate primaeua despectens. In maxima inscriptionum et abstractorum, quae dicuntur, apud Germanos varietate, in summa eorundem inter Gallos penuria, ignota nihilofecius Germanis est et inexplicabilis discrepantia titularum Galliarum.



corum *Sire*, *Monseigneur* et *Monsieur*, vti neque com-  
mode Teutonico idiomate redditur formula Gallica *Votre*  
*Grandeur*. E contrario curiali Gallorum sermone nulla  
obtinere distinctio vocum *Oheim* et *Neffen*, quae apud Ger-  
manos vsu venit, licet non destituatur lingua vocabulis eam  
designantibus. Aliquando quidem, sed rarius, Proceres  
Gallicos *Oncles* et *Neveux* salutarunt REGES FRANCICI, ex-  
teris vero PRINCIPIBUS eas adscribere nuncupationes  
curiae moribus repugnat Versaliensis. Adpellat hos po-  
tius *Cousins*, paucis, qui Fratrum insigniuntur titulo,  
exceptis. Familiare scilicet REGI CHRISTIANISSIMO no-  
men *Cousins*, quo tamen non PRINCIPES tantum, ve-  
rum et COMITES, vti quoque summos militiae Gallicae  
Praefectos, *Franceae Marebballor* dicunt, ornant; licet po-  
stremos, nisi stirpe alias illustri profatos vel singularis ex eo-  
rum negotiationibus percipienda id suadeat utilitas, pari non  
habeant honore Europae MONARCHAE reliqui. Subsignan-  
darum epistolarum multifariae Germanis suppetunt for-  
mulae, paucissimae Gallis, aliaque plane his ac illis inest  
sententia. De Anglorum Italarumque curialibus, quum  
vix publica gentium negotia idiomate Britannico aut  
Transalpino expediuntur, monere aliquid a fine duco  
alienum, nisi notandum sit, quod in Gallia vocabulum  
*Domni*, vti parum latine effertur, et Gallicum *Dom* non-  
nullis sacrorum procuratoribus officiorum et monasticae  
religioni addictis, ordinis praecipue Benedictini coeno-

bitis eorumque antesignanis competat: unde vel ignorantiae notam vel contentus in REGEM et PRINCIPEM VIX evitaret reatum eos huiusmodi veneratus titulo. Qua in re Italis et imprimis Hispanis aliam haerere mentem inde euincitur, quod, quantumvis vilioris fortis homines ab adpellatione *Don* haud arceant, ea tamen nec ipsis displiceat REGIBVS. Duo potius animaduersione digna sunt momenta Gallici Germanicique discrimen indigitantia sermone. Alterum in eo consistit, quod Germani distinguant inuicem vocabula *Grosmaechtigt*, *Grosmaechtig*, *Hochmoegend*, *Grosmoegend* et *Moegend*, quum Gallicum idioma tantum ferat voces *Tids - puissant*, *Haut et puissant* atque *Puissant*, vt adeo aequae difficilis sit vtriusque linguae dictionum comparatio ac latinorum terminorum *Potentissimi*, *Praepotentis* et *Potentis* ad verborum istorum Germanicorum similitudinem adplicatio. Alterum est, quod REX GALLIARVM subditos, officia praesertim administrantes publica condecoret axiomate *le Sieur*, quod aduersatur Germanicorum imperantium moribus. Prouinciarum nempe Germanicarum ditionumque specialium possessoribus infrequens vsus vocis *Ern*, difficillimus erga hos, qui imperio ipsorum parent, alterius vocis *Herr*. Vtraque inusitata cancellariae IMPERIALI intuitu PROCERVM IMPERII qua talium, nisi quod peculiare fiat *Domini* et *Nobilis Domini* dignitates, *des H. R. R. Herren* - atque *Edle Herren - Stand*, nec non *Baronum* et *Ban.*

*Banderesorum* tituli Teutonico sonent idiomate *Freyberren* et *Bannerberren*. In dissimillima linguarum vicinarum natura, a qua peregrinae quaeque longius recedunt, absque contrariantium sibi praeceptorum consignatione fingi nequeunt communia gentibus aut omnibus aut plerisque in tribuendis elogiis et axiomatibus instituta. Particularium itaque allegatione res perficitur consuetudinum vel consensus certorum quorundam populorum: quibus argumentis ius gentium inducitur non vniuersale sed solum particulare.

## §. XXIV.

Temporum spectandae sunt inclinationes, nec originum rei et incrementorum negligenda contemplatio in curialibus. Generatim huc tendunt concinna PERINLVST. De obsoletis vel significatio- DNI IO. MICH. DE LOEN ac DNI FRANC. DE VOLTAIRE nem migrantibus curialibus. schediasmata, quorum ille ad Germanicum, hic ad Gallicum respiciens sermonem simplicitatem nuncupationum priscam earumque ad hodiernum factum paulatim deflectentium notauit mutationem. Antiquiorum nuncupationum et propriae dignitatis indicum vocabulorum notitia e documentorum accersenda est conditoriis quum collectioni *λεξικων* antiquae mediaeque aetatis vnice destinatis tum probationis causa eadem apponentibus: qua in re praeter Germanicorum et Francicorum diplomatum volumina FRANC. BELLEFORESTI, FRANC. BELCARI, EDM. BOVLLAEI, ENGVERR.

GVERR. MONSTRELETI, ANDRAE DV CHESNE, DAV. BLONDELLI, IO. IAC CHIFLETH, FRANC GVILLIMANNI operibus recondita monumentorum fragmenta lucem aliquando adferent. Singulari vero commemoranda sunt laude quoad adpellationes Germanorum honorificas IO. IOACH. MÜLLERVS in actis comitialibus FRIDERICI V. et MAXIMILIANI I. et BORC. GOTTH. STRUVIVS in *Historiseh-Politisehen Archiv*. Antiquam migrarunt potestatem axiomata *Nobilis (Edel)* et *Baronis*. Probant obvia in MÜLLERI codicibus actorum comitialium exempla aequalem habitam pridem vocem *Edel* titulo *Hochgeboren*, dum IMPERATORIARVM inscriptio litterarum ad HENNEBERGICOS COMITES, postquam PRINCIPVM relati in censum, vtrumque iunxit vocabulum, dum NORIMBERGICOS PRINCIPES BVRGGRAVIOS *Edle* nuncupabant CAESARES, dum nobilitati superiori, quam vocamus, Comitibus scilicet ac Dynastis tam IMPERATOR et PRINCIPES quam infimae sortis homines proprium adsignabant verbi *Edel* honorem, equites vero et ingenui cacteri, nunc nobilitatis inferioris prae se ferentes gloriam, partim defamatis nunc atque verbis demortuis, partim sono orationis et scriptionis cancellariarum quarundam more adhuc vigente salutabantur 93). Ecce his e transverso adpellationem *Edel* nostra aetate tam longo distantem intervallo ab ornatissimo verbo *Hochgeboren*, vt  
hoc

93) KOPP *de Different. Comit. et Nobil. Imp.* p. 229.

hoc PRINCIPIBUS, illa equestris immediati ordinis hominibus, qui Baronum dignitate non gaudent, itemque Comitibus et Baronibus nec immediatorum IMPERIO alligatis obsequiorum vinculo nec IMPERATORIO priuilegio nuncupationem *Hoch- und Wolgeboren* vel *Wolgeboren* nactus cessarit. Provinciarum tribunalia et curiae quam his tribuant vim titulis, praesenti haud moror disquisitione; obseruatu tantum non inutilem arbitror parilem ferme praeterlapso aevo summorum virorum et miserae ieiunaeque plebis in erogandis verborum sollemnium decorationibus consuetudinem, quum sequiora tempora, hodierna maxime, insigne admittant conditionis scribentium discrimen. Eximium non minus designabat quondam honorem *Baronis* vocabulum, quod qualis iudicatum fuerit ponderis a Germanis mediæ aevi, videre est ex monumentis in IOAN. SCHILTERI *Teutonicarum Antiquitatum* voluminibus adnexoque *Glossario*. Neque aliud obtinuisse apud reliquas Germanico sanguine oriundas nationes, Franco-Gallos et Anglos puta, ex FRESNEO, SPELMANNO, WACHTERO, BORC. GOTTH. STRUVIO et, qui singulari dissertatione Domini et Baronis titulos explicuit, AD. ERID. GLAFFEY superioris aetatis testimonia laudantibus intelligitur. Partim generali et latissima significatione ornamentum erat sanguine, potentia, fortitudine et auctoritate praestantium imperioque summo vel quorundam certe maiestatis iurium exercitio pollentium personarum commune, quale fere nunc habetur vocabulum Gallicum *Prince* cum verbis

K

Ger-

Germanicis *Printz, Fürst, Herr*. Partim strictior et magis specialis *Baronum* acceptio ad PROCERES IMPERII REGNIQUE FRANCICI tam cis-Rhenani quam trans-Rhenani, quin et ad Angliae Senatores Hispaniaeque spectabat Primores: vnde BARONES et PARES eiusdem iudicabantur dignitatis. Documentum sunt FRANCIAE BARONES Comitibus ante habiti. Desiit diu frequentari pristina *Baronum* acceptio, vt, quantum ad augustiora imperantium curialia attinet, verbis adnumeretur vox ista obsoletis. Inueterata pridem nuncupatio affinium, *Schweber*, faeculo XV, quo IMPERATOR ELECTORES et PRINCIPES *Obeime* adpellitabat, PROCERIBVS IMPERII litteras sibi inuicem mittentibus ita quotidiana vt parum vstitatae deprehenderentur voces *Obeim* et *Vetter*, neque titulo Fratris, nisi forte isti iungeretur, vti moris effet, testantibus innumeris chartis in FRIDERICO et MAXIMILIANO opera MÜLERI descriptis. Illius adpellationis participibus communia nunc facta PRINCIPVM institutis *Fratrum* et *Consanguineorum* nomina. REGI hodiernum est insigne fastigii titulus *Sire*, quo subditi alii. que conditione inferiores in sermonibus faciendis et sub auspicia litterarum culmen venerantur augustale. Longe aliter priuatus quicumque quondam vocabatur *Sire*, quod loquuntur scripta IOANNIS SIRE DE IOINVILLE illustrata dissertatione CAROLI DV FRESNE ob altissimam eruditionem memoranda, vna cum pluribus idiomate Gallico prius exaratis carminibus epicis, vnde frequenter mutatus est fragmenta laudatus FRESNEVS. Quin longe infra

REGI-

REGIAM pariter ac PRINCIPVM dignitatem nonnunquam ponebatur axioma *Sire*, quasi *Baronem* designans *Domini* *numve*, qui postremum fere locum superioris inter participes nobilitatis teneret, iuxta versiculos:

*Je ne suis ROY, ne Prince auxi,*

*Je suis le SIRE de COUCY.*

Venisse vocem *Sire* eadem antiquitus significatione, qua etiamnum dicimus *Dynastam*, saepe quoque hereditarium clientelari sub obligatione praedia tenentem dominum, quem recentius aeuum *Sieur* siue *Seigneur* vocat, magno posset stabiliri chartarum aceruo; sed satis habeo recitare verba diplomatis HENRICI ET MARGARETHAE LYXEMBURGI COMITVM anno DCCCLXII. conditi 94): *Nous HENRIS CVENS de LYCEMBOURG et de la ROCHE, et MARCHIS d'ERLVNS et nos MARGUERITE sa fame, COMTESSE et DAME de ces meismes leus, faisons savoir a touz - - et s'il avenoit par aventure, que Lineis escheit, ou li Comtez de Lucembourc escheist enst, que UNS SIRES TENIST LUCEMBOURG ET LINEY par defaute de boir masle - - la moirié dou fief de Marville et d'Arancei, et des Appendizes que Messire WALERANS SIRES DE MARVILLE TIENT. Aliquot tamen abhinc saeculis dominii argumentum existimabatur feudalis VOX *Seignour* f. *Seigneur* alii adscripta, aliquando etiam illa *Sires*. Hinc ad asserendum clientelarem Barrium GALLIARVM REGNO nexum DAV. BLONDELLVS 95)*

K 2

ad

94) ap. DAV. BLONDELLVM in *Barro Campano Francico* p. 55. sq.

95) loc. cit. p. 44. sq.

ad FRIDERICI DVCIS LOTHARINGIAE chartam Lutetiae Parisiorum die Martis S. MATTHAEI APOSTOLI et EVANGELISTAE festo an. cIOcclx. scriptam prouocat, cuius hoc est initium: *Je FERRIS DUCS de LOHERREGNE et MARCHIS, fas scauoir a tous ciaulx qui ces presentes lettres verront, que come MES CHIERS SIRES THIBAULT par la grace de DIEU ROIS de NAVARRE, de CHAMPAGNE et de BRIE CUENS PALAZINS etc. Ex testamento FRIDERICI III. DVCIS LOTH. de an. cIOcccxv. collineant huc verba: Et mettons en la puis-sance et en la SEIGNORIE de TRES HAULT et TRES-EXCELLENT PRINCE NOSTRE CHIER SEIGNOUR LOYS par la grace de DIEU ROY de FRANCE et de NAVARRE, pour le faire tenir toute NOTRE TERRE que NOUS TENONS DE LY EN FIEF ET HOMMAGE - - supplions et requerons a TRESHAULT et TRES-EXCELLENT PRINCE NOTRE TRESCHER SEIGNOUR LOYS par la grace de DIEU ROY de FRANCE et de NAVARRE, que il veuille mettre son seel en cet present Testament avec notre saiel - - faire tenir si comme dessus est dit, comme SIRES. Pari ratione ex instrumento pacificationis RVDOLFVM LOTHARINGIAE DVCEM inter et HENRICVM BARRI COMITEM huc faciunt repetitae saepius formulae nostre treschier Seignour le Roy, nostre Seignour, nostre dit Seignour, no Seignour, Seignour li Roy, quae declarant sequentia, tous les fiez que nous tenons de luy: quamuis in documento, quo REGIVM pacto huic accomodatam robur, ipse PHILIPPVS FRANC. AVG. consiliarium suum adpellet LE SEIGNEUR DE IOINVILLE. Maximos antiquitus indigitabant honores tituli *Domnus, Dom, Dan,**



*Dan*, *Dans*, *Dant* atque *Dame*, quippe qui REGIBVS et PONTIFICIBVS, postea REGNI tantum et ECCLESIAE PRO-CERIBVS, immo postremus *Dame* soli ferme DEO, tribue-bantur. Nostri arbitrato saeculi *Dans*, *Dant* et *Dan* ab vsu recesserunt, adpellatio *Dame* non nisi matronis e vul-go haud natis propria est, de titulo *Domni* vero *Spbo praec-ed.* dictum et fusius differuit V. A. FRID. CAR. MOSERVS 96). Plura in medium proferrem latinitatis infimae et Gallo-Fran-cicae tunc nondum satis politae linguae vocabula honorifica REGES, PROCERES et praepremis torquatam spectantia mili-tiam, nisi vererem, ne iusto latius protenderentur tractationis fines, eorundemque virtutem verborum praeter AEGIDIVM ANDR. DE LA ROQVE praestanti opere Gallico nobilitatis iu-ra delineantem sollicito perquam indagassent MARC. DE VUL-SON SIEUR DE LA COLOMBIERE 97), ANSELMVS 98), ANDR. FAVY-NVS 99), CAR. LOISELIVS 100), CAR. DE FIGON 101) et CLAVD. FAVCHETVS 102). Quum etiam in explicandis titulis antiquis insignium haud raro profit notitia, LOUV. GELIOTVS et PETR. PALLIOTVS 103), laude non sunt frustrandi, maxime autem in-comparabile et absolutum MENESTRIERI ad finem prouehit opus. Paucissima appendicis quodam loco de abrogatis au-gustarum et illustrium faeminarum differam adpellationibus. Germanos antiquissima mediaque aetate REGIAM FILIAM vo-

K 3

casse

- 96) *Tractat. de Titulo Domini.* 97) *dans le Theatre l'Honneur.*  
 98) *dans le Palais d'Honneur.* 99) *libro Theatre d'Honneur et de*  
*Chevalerie.* 100) *duplici Tractatu, altero des Seigneuries, al-*  
*tero des Ordres.* 101) *dans le Traité des Offices et Dignités*  
*de France.* 102) *de l'Origine des Chevaliers.* 103) *qui con-*  
*ferferunt: p Indice Armorial.*

casſe die *Kunigliche Mayd*, obſeruavit PERINL. DN. DE LOEN, cuius dictis ſaltim addo, vocem hanc omnibus Teutonico ſanguine profatis aequali veniſſe acceptione pro virgine etiam ſummorum parentum vel inſigniter veneranda. Gothi *Macarb*, Saxones *Maegden*, *Maeden*, Angli *Meiden* eſerebant vocabulum Miſnica dialeſto hodie ſonans *Magd*, tunc virginem denotans 104). REGVM PRINCIPVMque filias ita nominatas ex HICKESIO et linguae Germanicae Anglicaequae *Gloſſarioribus* plerisque intelligens vix mirabitur, ſi eundem virginum, quae SANCTARVM in agmen relatae, apud Germanicos populos titulum, maxime vero B. MARIAE DEIPARAE VIRGINIS, quae REGINA CAELORVM credita et hoc ex capite REGINIS et PRINCIPIVS terrae antelata, perpetuum axioma fuiſſe perpenderit. Sane non vita ſolum s. MARGARETHAE, Poëtiſe Anglo-Saxonicae ſpecimen, multoties repetit adlocutionem *Meidan Maregrete*: ſed antiquiſſimis verbis Franciſcis redditum ſymbolum Apoſtolicum 105) REDEMTOREM fatetur *kiporan fona MARIAN MACADI ewikeru*, quod Alemannorum *Cbry dir alten Kilebin* 106) exprimit: *Unt er geborn wart von SANT MARIUM der rainum MAIGEDE*, Hymnus Eccleſiae magnus in Franco-Theotiſcum idioma translatus 107) ſtropham: *Tu Rex Glorïae CHRISTE, Tu Pa-*

104) *Diſtionariol. Islandic. ap. GEO. HICKESIVM Theſaur. Grammat. critic. Linguar. Septentrional. et Archaolog. Tom. I. Lib. III. p. 8.* 105) in CHRISTOPH. LEHMANNI *Chron. Spirens. Lib. II. cap. XIV. p. m. 197.* 106) ap. MELCH. GOLDASTVM AB HAIMENSFELD Scriptor. *Rev. Alemannic. Tom. Part. II. p. 134.* 107) ap. HICKESIVM *lib. all. Tom. I. Part. II. p. 64.*

*Parvis sempiternus es Filius, Tu ad liberandum suscepturus hominem Nonborruisti VIRGINIS uterum, ita exhibet:*

*Tbu Chunine thera tiurido CHRIST,  
Tbu fateres smbliger piß sun,  
Tbu za arlofanne anßingi mannan,  
Ni leitblichetor thera MAGADI ref.*

Poëmatici evangelici Francici peruetusti auctor <sup>108</sup>) in enarranda annuntiatı servatoris historia sic fatur: *Warrb if uuis-bodo an Galilea land GABRIEL cumaz, engil thes ALUUALDAN, zbar bie ena idis uuißa munelica MAGAT. MARIA uuas sou betaen, id est; venit igitur scientissimus eius nuntius, OMNIPOTENTIS Angelus, GABRIEL in regionem Galilaeam, ubi faeminam, quae MARIA dicta erat, monialem (seu puram) VIRGINEM inuenit. Parili modo Latinitas barbara adoptauerat vocabulum *Miscini*, Gallice pridem *Meschin*, adolescentem marem denotans, quocum conueniebat faemininum nomen *Miscina*, Gallorum vernacula *Meschine*, pro adolescente faemina vel virgine, splendidiorum inprimis natalium, acceptum indeque honorificis accensum verbis. Pater hoc ex duplici fragmento Pœtico linguae Gallicae vulgaris <sup>109</sup>). Nimirum PHILIPPVS MOVCRES filiam COMITIS FLANDRIAE IN REGINAM lectam sequentibus describit:*

*SES FELLES qu'il avoit enkor,  
Dit la ROINE ALIENOR,  
ALENTOR a nom CELE MESCHINE,  
DONT li boins ROY fit SA ROINE.*

Aliam

<sup>108</sup>) ap. EVNDEM c. l. p. 103.

<sup>109</sup>) CAR. DU FRESNE  
*Glossar. med. et inf. latinis. voce Miscinus.*

Aliam PRINCIPVM stirpe natam viraginem designat *le Roman de Garin* verbis:

*Li duc de NORMANDIE avoit une SEROUR,  
MESCHINE parerue, mez n'avoit pas Seignour,  
GUILLAUME de POITIERS vers LIE torma S'amour,  
Li FRERES LI donna, et CIL EN fit soifour.*

Proscriptae iam voces istae e lingua Gallica puriori, nec aliquod earum superest vestigium, nisi apud Italos nefanda reliquum iudices significatum torsione, vtpote quibus vituperantibus vocabulum *Meschinira* est familiare. Quanam igitur ratione tot eiusdem idiomatis modo politioris redditi modo labentis ancipitibus momentis uniuersalia conciliari possunt gentium instituta? Quanam abrogatarum, antiquatarum, surrogatarum legum voluntarium uniuersim valitararum argumenta? Tutissimus profecto ibis, si particularia nationum pacta, si consensum nonnullarum ex iis siue expressum siue tacitum, qui tamen insciis vel inuitis legi necessitatique neutiquam esse debet, vt obligationis fundamenta mediteris. Tunc plana quaeuis et omnes sponte fluunt consecutiones. Haec tanquam aduersaria, non vt opus quoddam de sollempnibus nuncupationibus arte summa perficientes atque elaborantes, verum tanquam symbolarum collatores coniectare diximus de tacito aut naturali, si dicere fas est, sacramento, quod mutuis inest iurisprudentiae gentium voluntariae fundaminibus.

FINIS.

LETTRE  
 DU PROFESSEUR CARRACH  
 A  
 MONSIEUR C. F. DE BUSSE.  
 MONSIEUR

**J**e Vous adresse ces lignes a l'ocasion de la thèse que Vous aliés soutenir en chaire publique. Les discours de cette nature sont, ce me semble, la plupart frivoles; souvent l'on y remarque, que le Charleran couche par écrit les pensées du Pédant. Bien des fois le Président malgré lui & les Oposans n'ont garde de développer quelques idées, qui pourroient servir à débrouiller le sujet de la thèse, ou de parler de ce que selon LA FONTAINE on doit laisser dire les Sots, que le Savoir a son prix & que le jeune homme, qui fait tenir à la foule le miroir de ses études, s'est élevé au dessus du rang des ignorans. Ils enfantent plutot des avortons de Dictionnaires militaires, dont les phrases latines sont copiées de Plaute, de S. Terullien et d'un petit livre très connu d'Erasme de Rotterdam. Si le Bachelier ou l'Écolier, qui s'amuse une couple d'heures de fuite à réciter des répliques aux sillogismes de ses amis, qu'il a su par coeur un mois avant que de jouer la tragicomédie littéraire, s'étoit batu contre toute la Grèce, & qu'il eut vaincu des Rivaux, qui lui disputoient la couronne ou le fauteil magistral dans une République libre, on auroit lieu de le préconiser de la sorte qu'on le fait dans les cahos et dans les galimathias, qui paroissent au bas d'une dissertation, qui ne mérite d'attention que par raport au beau caractère, que le Gout fin de l'imprimeur a fait choisir. On dispose les bateries, on fournit des bonnes provisions de poudre a canon; des sabres, du plomb, meme des massues d'Hercules modernes, tout y est en abondance, on

L

s'éman-

s'émancipe jusqu'à battre le tambour & à sonner la trompette. Tout d'un coup la victoire est remportée, l'ennemi a gagné le haut; voici des trophées & de la proie qui le prouvent. Jamais Pharamond & Louis le Grand n'ont si bien réussi dans les combats, jamais ni le Régiment de Garde ni toute la Maison du Roi n'a été avec tant d'éclat couronnée de mille verts lauriers. Selon mon opinion les bons mots guerriers sont déplacés dans ce cas; on se coupe rarement la gorge pour un différent imaginaire. Il n'est pas moins extravagant de méditer un tissu de ces fadaïses qu'il seroit ridicule de proner au champ de bataille des dévoirs des Capucins & des Pique-puces. Pour ce qui est de moi, je ne crierai point du tout au prodige de bravoure en aiant l'honneur de Vous conduire, Monsieur, au Salon, ou bien des Savans de marque ont fait valoir leurs talens & leur industrie. Je ne Vous regarde que comme homme, qui fait tous ses efforts pour rendre un jour des services utiles à l'Etat & au Public en général, c'est là; je pense, le plus grand éloge, dont on nous puisse honorer, Vous & moi. Vous avez fait, Monsieur, de bons progrès dans les Sciences & Vous en donnés des preuves à la République des Lettres en soutenant cette thèse. L'assiduité, avec la quelle Vous puisés dans les sources des plus belles sciences, Vous met à meme d'aquerir une connoissance étendue. L'exemple de Monsieur Votre Pere de meme que celui de plusieurs de Vos illustres Parens est trop brillant, leur mérite est trop distingué & leur caractère a trop de charmes pour que Vous ne portiés tout Vos soins à les imiter. Tachés, Monsieur, de contrefaire les perfections de ces Personnes respectables, rendés Vous digne d'une place honorable et Vous érigés en citoyen, dont les lumières fassent honneur à la Patrie. Vous ne manquerez pas de recueillir des fruits de Votre savoir en Vous apliquant à l'essentiel de l'érudition & aux études, qui nous orientent dans ce qui regarde le monde poli. On ne sauroit disconvenir, que les questions, dont on s'y occupe, sont aussi épineuses qu'intéressantes. Je me souviens, que certaine Chambre de Justice d'un Souverain sorti d'une Maison Ducale des plus anciennes de l'Allemagne ne nomma dans ses lettres patentes que

que *Hochgeborne* quelques Etats du Corps Germanique, que l'Empereur avoit recemment déclarés Princes de l'Empire, & dont quelques terres relevèrent comme arrière-fiefs du Duc mentionné. Les Princes défenseurs pensoient se débarasser pour cette raison de la contestation en cause, à moins que la Grande Chambre parlant en son propre nom & signant *le Président, le Chancelier, les Conseillers & les Assesseurs* ne les traitat de *Durchlauchtig*. Un Collège illustre étranger, que la Chambre avoit consulté, lui conseilla d'accorder ce titre aux Défenseurs, mais celle ci allegoit une quinzaine de raisons qui le lui défendoient. Elle se fendoit sur la conformité de son stile avec la façon d'écrire du Duc son Maître relative à celle de l'Empereur, elle renvoioit les autres aux actes solennels du Sous-Chancelier de l'Empire, qui se servoit du terme de *Hochgeboren* vers le reste des Ducs d'une Famille, dont seulement quelques Branches jouissoient du titre de *Durchlauchtig* en vertu d'une convention passée avec l'Empereur. La Chambre prétendoit qu'ils s'agissoit d'écarter les privileges des anciennes Maisons Ducales, & que le solide intérêt des Ducs & des Electeurs, meme celui de certaines Tetes couronnées & de Sa Majesté Impériale la pouffoit à s'opposer à cette nouveauté. Souvent des Cours de Justice des Princes de l'Allemagne écrivent *Eder, Gesehrer, Vester & Ibr* à des Excellences beaucoup plus solides que les Excellences Brabançonnes. Voici, Monsieur, des admirables objets, qui doivent Vous animer à suivre mes conseils. Je Vous souhaite d'y réussir, & je suis sans réserve,

MONSIEUR,

Votre

très-humble et très-obéissant  
serviteur

à Halle  
ce 25. Mars  
1754.

JEAN PHILIPPE CARRACH.

L 2

Mon-

*Monsieur.*

Vous remplissés les devoirs d'un partisan zélé d'Apollon et d'Astrée, et Vous convainqués de Votre capacité ceux, qui sont bien entendus aux sciences. On auroit tout sujet de me soupçonner d'inconstance et de faute de tendresse pour mon plus aimable ami, si je perdois cette occasion de Vous complimenter, Monsieur, sur la chaire, que Vous allés monter, où Vous ferés éclater les suites de Vos occupations et l'avantage de Votre Génie. Le commerce, que Vous m'avez fait l'honneur de lier avec moi, m'engage à Vous assurer, que personne est aussi charmé de cet heureux accident que moi. Je souhaite que l'époque de Votre bonheur, dont Votre séjour à l'Université est l'acheminement, ne termine qu'avec l'époque de notre amitié, c'est à dire avec la mort de nous deux, néanmoins on s'apercevra meme après ces momens de la durée de l'époque de Votre gloire. En Vous portant toujours le meme coeur sincere, qui me dicte ce compliment, je ne cesserai jamais d'être,

*Monsieur,*

Votre

à Halle  
ce 19 Mars  
1754.

très-humble et très-obéissant  
serviteur

JEAN GUILLAUME ARNAUD PAULI  
de Wesel au Duché de Cleves  
Opofant.

*Mon-*



*Monsieur*

Je suis très-sensible à l'honneur, que Vous me faites de me choisir pour Votre opoſant; marque de faveur, qui me donne lieu de me croire hureux à pluſieurs titres. C'eſt avec un plaifir d'autant plus vif, que je ſerai témoin de Votre profond ſavoir, en faveur du quel Vous Vous ſignalerés à la défenſe de Votre Thèſe, que mon deſtin veut que je dreſſe et que j'ajouté moi-même à Vos guirlandes quelque chérif rameau de laurier. Je Vous félicite, Monsieur, de la preuve de Votre diligence, que Vous nous donnerés infailliblement, et qui ne Vous laiffera jamais tomber. Je ſuis avec un atachement inviolable

*Monsieur*

Votre

à Halle  
ce 19. Mars  
1754.

très-humble et très-obéiſſant  
ſerviteur

FREDERIC GUILLAUME GOECKEN,  
d'Altena en Veſſalie  
Opoſant.

L 3

*Mon-*

*Monsieur*

**J**e Vous aime, mais peu s'en faut que je ne Vous porte envie. Les acquisitions, que Vous avés faites jusqu'ici concernant les études, me serviront d'éclaircissement de cet énigme; Votre Thèse est la pièce justificative, en faveur de la quelle je le pourrai énoncer. Si j'étois Poète, je Vous parlerois en vers de l'ascendant que l'amitié a sur les coeurs les plus nobles et de ce que l'amour est bien inférieur à cette passion. Je prouverois, que les noms de fleurète, l'adoration et l'esclavage et tout le stile ampoulé des amans, ces foibles marques de foiblesse, ces masques d'une passion nue, ne sont rien en comparaison des paroles simples que l'amitié nous infinue. Mais comme je ne suis pas citoien du Parnasse, le chant, que je médite, ne sentiroit pas les eaux de l'Hipoerene; il ne mériteroit guere d'être joint à un ouvrage aussi brillant que Votre Thèse. Vous agréerés donc, Monsieur, les assurances les plus expressives et l'aveu le plus sincere du respect, que je Vous porte, et de mon atachement. Je Vous proteste, que meme à l'age, où la tendresse des Amans se perd, je serai tout à Vous, et que je serai aisé de pouvoir me dire,

*Monsieur,*

Votre

à Halle  
ce i. Avril  
1754.

très. humble et très. obéissant  
serviteur

J. J. C. DE WEILER,  
de Vefel en Vestfalie,  
Oposant.

*Mon.*

*Monsieur*

**L**a bienveillance, dont Vous m'avez bien voulu donner tant de preuves, et l'infinie obligation, que je Vous en ai, m'engagent à Vous féliciter très-humblement de cet acte solennel, où Vous allés soutenir une Thèse, dont la sujet épineux, le tour admirable et l'artifice d'en déduire les preuves contre les demandes des opositans Vous font bien de la gloire. Je n'aurai pas besoin de réciter à cette occasion les éloges, que des Personnes, dont les sentimens sont aussi vrais qu'honorables, Vous attribuent. Je ne m'occuperai pas non plus à quelques prédictions des avantages, dont Votre illustre Famille et la patrie fera rédevable un jour à Vos mérites. Mes souhaits ne sont autres que l'hommage du respect, que je Vous conserverai toujours, aiant l'honneur d'être,

*Monsieur,*

Votre

très-humble et très-obéissant  
serviteur

à Halle  
ce 8. Avril  
1754.

FERDINAND SEEGRÉN,  
de la Courlande.

Sphalmata, quae preli iniuria irrepserunt.

- p. 3. lin. 11. loco rationum lege nationum. p. 6. lin. 2. notae 10. loco *François* lege *François* p. 8. lin. 12. post expunges supple voculam e. p. 8. lin. 14. loco confectas lege confectas. p. 16. lin. 15. loco civitate lege civitatem. p. 17. lin. 13. post L. B. dele voculam de. p. 21. lin. 13. loco excissi lege excissi. p. 22. lin. 13. loco sacrorum lege sacrorum. p. et lin. iisd. loco *Russiae* lege *Russiae*. p. 25. lin. 8. loco quem lege quam. p. 28. not. 56. loco *fehlerhafter* lege *fehlerhafter*. p. 29. lin. 21. loco ipsa lege ipso. p. 32. lin. 17. loco *indolem* lege *indolem*. p. 36. lin. 15. loco civitatum lege civitatum. p. 43. not. 75. lin. ponult post et supple THEOD. p. 45. not. 83. loco *Vindiciis* lege *Vindiciis*. p. 53. lin. 18. loco *Osnabrugensis* lege *Osnabrugensis*. p. 56. lin. 6. post *indicia* supple *indicem* notae prioris p. 58. obviae (\*). p. ead. lin. 14. loco *segne* lege *segue*. p. 67. in margine lin. 2. loco *homoymia* lege *homonymia*. p. 72. lin. 8. loco *Historisch* lege *Historisch*. p. 77. not. 97. loco *Honneur* lege *d'Honneur*. p. 80. lin. 5. loco *forma* lege *forma*.

Halle, Diss., 1754



Sb.  
18a Diss. Erxleben vermibt



1754

4

7

107



EXAMEN  
IVRIS GENTIVM VOLVNTARII  
CIRCA

**CVRIALIA**  
IMPERANTIVM ATQVE  
RERVMPUBLICARVM

AVCTOR. INL. I. CTOR. REG. FRID. ORDIN.

PRAESIDE  
VIRO AMPLISSIMO

**D. IOANNE PHILIPPO CARRACH**

IVR. PROFESS. PVBL. I. CTOR. ORDINIS ADSESS.  
REG. SOCIET. TEVTONICAE GOETTING.  
SODAL. HONORAR.


D. MARTII A. R. G. H. CIO IOCC LIV.  
PVBLICE RESPONDENDVM EXHIBET

**CHRISTIANVS FRIDERICVS DE BVSSÉ**  
EQVES SILESIVS.

P. 464.

*Quoique tant de Nations innombrables, qui courent la terre, aient chacune leur Génie différent, il semble cependant, que certains grands traits, qui les distinguent des autres, sont inaltérables.*

MEMOIRES DE BRANDEBOURG



HALLAE SALICAE.  
PRELO CVRTIANO.

